IO. GEORG. WAGNERI, D. TRACTATIO JURIDICA DE DIVORTIO, ET CONVICTUS...

Johann Georg Wagner, Valenti Gonzaga

Digitized by Google

Digitized by Google

Q. D. B. V.

TRACTATIO IVRIDICA, DE DIVORTIO, ET CONVICTVS CONIVGALIS SEPARATIONE.

SYNOPSIS.

PRooemium. Libertas & initium diuortiorum apud Romanos, §. I. Naturae legem & S. Scripturas explicatum iri. §. II. Principia quaedam iuris naturae ad explicationem diuortii neceſſaria. §. III. IV. V. VI. Demonſtratur, coniugia non temere ex qualibet cauſa ſolui poſſe. §. VII. Analyſis dictorum Geneſ. 2. v. 18. ſequ. §. VIII. IX. Analyſis dictorum Matth. 19. v. 5. & 6. Marci 10. v. 6. 7. §. X. Chriſtus permiſſione diuortii ob adulterium permiſit totalem matrimonii ſolutionem. §. XI. Adulterium tali diuortio cauſam praebet. §. XII. Conſideratio dictorum Pauli ad Corinth. I. c. 7. §. XIII. XIV. XV. Quod v. 15. citati cap. 7. pertineat ad concubinatum. §. XVI. Reſolutio dicti ad Epheſ. 5. v. 22. ſequ. § XVII. Quibus rationibus ius Canonicum circa diuortia defendi poſſit.

Digitized by Google

ſit. §. XVIII. Canonum ius myſterii auiditate diuortia tantopere coarctauit. §. XIX. Sacramentum, non eſt praeceptum §. XX. In matrimonio non magis eſt ſacramentum, quam in vento, regenerationis ſymbolo. §. XXI. Ius canonicum loco diuortii veri ſubſtituit ſeparationem. §. XXII. Incommoda huius doctrinae extenſio. §. XXIII. Proteſtantium doctrinae de diuortio. §. XXIV. Eorum uſus circa ſeparationem. §. XXV. Recentiora tradita de diuortiis. §. XXVI. Cauſae verae diuortii ſecundum ius naturae. §. XXVII. De impotentia. §. XXVIII. De errore circa perſonam. § XXIX. De adulterio. §. XXX. Quid adulterium ſignificet. § XXXI. De oſculo & nutu impudico. §. XXXII. De coniugalis debiti denegatione & ſterilitate. §. XXXIII. De malitioſa deſertione. §. XXXIV. De inimicitiis. §. XXXV. De abortus procuratione, & relegatione. §. XXXVI. De moribus intolerabilibus. §. XXXVII. Examen praecedentium cauſarum ſecundum Scripturam S & quid ſignificet adulterium vel ſcortatio. § XXXVIII. De caſibus S. Scriptura non deciſis. XXXIX. Quid diſponatur de adulterio: & quod huic aequipolleat oſculum laſciuum: denegatio debiti coniugalis: & malitioſa deſertio. §. XL. Ratio mutui adiutorii nihil valet ad perpetuationem matrimonii. §. XLI. Adulterio aequipollent inſidiae capitales. §. XLII. In dictis cauſis vinculum ſoluitur. §. XLIII. XLIV. Paulus Apoſtolus praeter adulterium diuertendi cauſam aliam non ſtatuit, neque tamen hanc ſuſtulit. §. XLV. Epilogus dictorum de diuortio. §. XLVI. Separationis definitio & regulae generales. §. XLVII. Quomodo ſeparatio differat a diuortio. §. XLVIII. XLIX. Quid ſeparationis remedium proficiat in cauſa inimicitiarum capitalium. §. L. Quam dura ſit eius denegatio in cauſa furoris. §. LI. Itemque in cauſa morbi incurabilis contagioſi §. LII. Quoties diuortium licitum eſt, ſeparatio magis licita eſt, ſi hanc malint partes. §. LIII. Furtum eſt cauſa ſeparationis. Ib. Quia ſeparatio indiſtincte dictari ſolet, iniqua interdum eſt. § LIV. Interdum informat diuortium, quod abarcere debebat. §. LV. Iniquitas ſeparationis in cauſa adulterii dictatae. §. LVI. De remisſione poenae adulterii poſt ſeparationem commisſi. §. LVII. Rarisſime ad reconciliationem ſeparatio valet. §. LVIII. Epilogus.

PRO-

Digitized by Google

PROOEMIVM.

HAud ſecus atque libertatis & licentiae difficilis eſt ab inuicem diſtinctio, ita religionis & ſuperſtitionis quoque obſcurum eſt diſcrimen. In ancipiti itaque ſemper verſantur, qui punctum religionis tangunt, & cauere debent, ne ſuperſtitionem doceant: & qui ſuperſtitionem explodere tentant, periculo ſeſe exponunt, ut religioni derogent, aut derogare ſaltem videantur. Agitatae complures eruditorum diſceptationes huic aſſertioni argumento ſatis ſunt, praeprimis illae, quae circa materiam diuortiorum hodienum feruent. Vnde conſultius forte fuiſſet ab incude ali- Prooemium.

Digitized by Google

eno candens ferrum non ſubtrahere, praeprimis quod periculum immineat, fore, ut aduſtorum digitorum nos merito poeniteat. Tulit tamen ita fortuna, vt Typographus, opuſculi huius redemtor, hanc materiam praeprimis ſibi expeteret: qua de cauſa quaedam dicenda fuerunt, ſaluis tamen unicuique litibus ſuis, de hac materia forte ſuſceptis.

§. I.

Libertas & Initium diuortiorum apud Romanos.

IVdaeis ſummam libertatem, vel ſi ita malis, licentiam diuortiorum fuiſſe, infra videbimus. De Romanis eorumque cauſis diuertendi QVINTILIANVM audire expedit *Decl. II. Nullas ego facilius perire crediderim, quam corporum charitates. Et licet matrimoniis paulatim reuerentia grauitatis* (forte: grauiditatis) *accedat, poſſunt tamen diſtrahi eadem facilitate, qua coëunt. Vxor eſt, quam iungit, quam diducit utilitas: cuius ſola reuerentia eſt, quod videtur inuenta cauſa liberorum. Aſpicimus matrimoniorum ſingula momenta rixantia; mutant quotidie domos, & per amplexus lectulosque diſcurrunt.* Ante haec tempora licentioſa religioſius obſeruarunt Romani matrimonia. Principio ciuitatis penuria foeminarum ciues adeo premebat, ut per dolum raptumque uxores ſibi

ſibi quaerere cogerentur: ideo forte in eligendis non delicati, in retinendis uxoribus non inconſtantes fuerunt. Durauit mos conſeruandorum conjugiorum inde ad Sp. Carbilium Rugam, quem ſterilitatis cauſa uxori diuortium nunciaſſe conſtat. V. A. GELLIVS *L.* 4. *c.* 3. *& L.* 17. *c.* 21. Sexcentis integris ab V. C. annis diuortium nullum factum eſſe ſecundum TERTVLLIANI computum BEZA perhibet *Tract. de Diuort. p.* 221.

§. II.

Naturae legem & S. Scripturas explicatum iri.

Puto, naturae quadam reuerentia & religione factum, ut coniugia Romanorum non ita temere disiungerentur: acceſſiſſe credo morum ſimplicitatem per luxuriam ſequentis aeui demum corruptam: hinc caſtas foeminas, continentes maritos arguere licet, proinde, nullam diuortii rationem. Eapropter ſacrilegus nullo modo videbor, ſi rationes naturae primo loco inquiſiuero, cur matrimonia nec temere ſolui, nec ſuperſtitioſe coli debeant. Proteſtor autem hoc ordine tractationis S. literis nullum praeiudicium futurum. Inſignem committent iniuriam, qui naturaliſmi ideo nos condemnabunt: quos ego Tribunos plebis, turbulentum ſemper poteſtatis genus, ad quietem & patientiam adhortatos volo. Statim enim & S. Codicis leges expenduntor: quid caſtiſſimum Numen hominibus circa diuortia praeceperit, ex ipſis textibus deriuatum iri promitto, poſtquam viderimus, quid homo, ſibi relictus, internae legis reſciſcere queat.

§. III.

Principia quaedam iuris naturae ad explicationem diuortii neceſſaria.

Libelli noſtri frons ſatis indicat, diuortium eſſe varium: quippe aliquod ad tempus fit: aliquod in perpetuum, ita, vt coniugalis vinculi nihil reſtet. In genere quidem diuortium definire poſſumus *coniugis quamlibet dimiſſionem.* Proprie autem & ſtricte ſic dictum *diuor-*

Definitio I. *uortium eſt coniugis dimiſſio, coniugii diſſolutio.* Vt au-
Theſ. 1. tem rite demonſtremus, quaedam praeſcitu valde neceſſaria cognoſcere neceſſe eſt. Quilibet facile largietur
Regula I. naturae maxime accommodatum eſſe, *quod unum quod-*
Theſ. 2. *que eius generis contrario modo ſoluatur, quo coaluit.* Hac ratione pacta & contractus diſſoluuntur: mutuo conſenſu firmitatem & obligandi poteſtatem accipiunt, ſed vice verſa non niſi mutuo diſſenſu obligandi vim amittunt, pactaque & contractus eſſe deſinunt. Nam conſenſus & diſſenſus eiusdem generis ſunt, quod ambo in voluntate conſiſtant; ſed e diametro ſibi contrarii ſunt: quare naturale eſt, alterum horum modorum tollere, quod ab altero erat effectum. Per totum autem rerum naturalium ambitum nihil diuerſum obſeruari crediderim. Hac ratione quies motum tollit: motus quietem pellit, mors vitam, vita viciſſim mortem. Cur modus, ei modo, quo coniugium coaluit, contrarius, coniugium extinguere non poſſit, nihil hactenus video quid obſtet.

IV.

Alterum indemonſtrabile affero, quod claritate natiua adſcititiis quibuscunque probationibus praeſtat. Nemo hominum inficiari poteſt ſequens axioma:
Regula II. *Omne quod aliquo iure ob rationem certam praecipitur,*
Theſ. 3. *eius contrarium ob eandem rationem prohibetur.* Praecipit e. g. legislator, ut in Republica, quo quis merito praeſtantior eſt, eo maiora praemia & honores capiat: dictu opus vix eſt, hac lege prohiberi omnem contumeliam & iniuriam, quae dignioribus in Republica offerri poſſet. Sed & aliud axioma pari claritate gau-
Regula III. det: *Quicquid aliquo iure propter certas cauſas prohibe-*
Theſ. 4. *tur, id ob quasuis cauſas non licet.* Certe res ita ſeſe habet. Si per quaslibet cauſas liceret, per nullam omnino eſſet prohibitum: propterea quod per certas aliquas cau-

cauſas prohibetur, promiſcue non licebit. Quo propoſito haec in praeſenti proferantur, ſingularum regularum applicatio inferius commonſtrabit.

V.

De conſenſu quoque in eandem rem tacito praemonendi ſumus. Non ſolum per ſermonis & ſignorum externorum miniſterium aliorum mentem quaſi cernimus, ſed datur praeterea explorator alienarum cogitationum, nempe conſcientia noſtra. Quod aliis graue ſit, quod nobis moleſtum eſt, facile comperimus dictitante nobis conſcientia, nec opus habemus interprete alio. Eiusmodi conuentionem tacitam obſeruo in coniunctionibus. Obſeruatio Palam enim eſt, utrumque hominum ſexum ad mutuum amorem vehi, quem *ſexus amorem* dicere conuenit. Clarum porro eſt, amantes amare, ut amentur: inde veniunt, quae communiter obſeruantur, zelotypia, corriualium ſtudia & rixae, odium ob amorem contemtum, & ſimilia, quae utrique ſexui communia ſunt. Colunt itaque vir pariter atque foemina ambitioſum illum amorem, nec aliter amare poſſunt, alias enim non amant. Ponamus iam Titium & Caiam amore ſexus ad ſe inuicem accenſos. Ille amat Caiam, ſed ambitioſe per naturam amat, ita, ut amores & amantes alios excluſos velit: Caia viciſſim amat Titium eadem ratione, ut amicis ſuis foeminarumque aliarum omnium amoribus & commercio valedicat. Uterque amoris ſui & rationis amandi conſcius eſt, nec modo hanc zelotypiam & tertii remoti voluntatem in ſe ipſo nouit, ſed etiam ignorare non poteſt, eundem ſenſum redamanti eſſe, quoniam eodem ſexus amore amat. Amoris huius complementum eſt *corporum mutua deditio*, quae fieri nequit, niſi conſenſu. Continet autem dicta *deditio* conditionem utrique coëuntium cognitam: *tertium interuenientem abſuturum*: quare neceſſe eſt, ut coniunctiones ſe- Argumentum Th. 5.

 cundum

cundum ſexus amorem perfectae, eo modo eaque conditione factae ſint, firmaeque habeantur: *ſi tertia perſona ſit remota.* Loquor autem de amore naturaliter ordinato, non de nundinationibus matrimoniorum.

VI.

Hac ratione zelotypia, per conſummationem generici amoris exterius probata, matrimonium fit vel matrimonialis alia coniunctio, quae ideo propter modum fiendi certo iure utitur. Definio eiusmodi coniunctionem, *quod ſit deditio mutua corporum maris & foeminae, cum conſenſu mutuo de excludendo tertio:* Puto, quod ſatis appareant requiſita eſſentialia iuſti matrimonii, ex quibus elicere poſſumus rationes, cur & quibus caſibus perpetuatio matrimoniorum ſit praecepta. Siquidem matrimonium unius partis diſſenſu tolli nequit, quoniam utriusque conſenſu factum eſt. Utriusque autem diſſenſu tolli poteſt, quemadmodum enim mutuo conſenſu conglutinari poſſunt matrimonia, ita contrario modo ſoluuntur, qui modus in alio non conſiſtere poteſt, quam in diſſenſu. Reprobatur tamen hic modus iure diuino, quod mox videbimus.

Definitio. Th. 6.

VII.

Demonſtratur, coniugia non temere ex qualibet cauſa ſolui poſſe.

Siquidem ex hactenus adductis momentis clariſſimum fieri poteſt: *Coniugia non temere ex qualibet cauſa ſolui poſſe unilateraliter.* Coniunctio matrimonialis eſt deditio corporum cum conſenſu mutuo de excludendo tertio (Th. 6) unde per ſe clarum eſt, quod coniugium certo modo fiat, nimirum communicatione corporum & cum pacto excludendi tertium (Th. 5.) unum quodque vero eius generis contrario modo ſolui ſolum debet, quo coaluit (Th. 2.) quare iterum euidens eſt, matrimonium ſolui non poſſe nec debere, niſi mutuo diſſenſu, vel admiſſa tertia perſona,

vel

vel corporis naturali aut voluntaria ſubtractione, ita, ut alteri coniugum eius copia non detur. Praeter has cauſas matrimonium ſeruari debere praecipitur, per ipſam conuentionem matrimonialem: hanc enim legem ſibi dixerunt coëuntes, quid obſtat, quin propria lege teneantur? Quod autem ob cauſam certam praecipitur, eius contrarium ob eandem cauſam prohibetur (Th. 3.) & quoniam ob quasuis cauſas non licet, quod propter aliquam prohibetur (Th. 4) omnino ſequitur, ut diuortium, quod eſt contrarium matrimonii, non temere liceat ob quasuis cauſas. Multi fortaſſe putabunt, nimis artificioſum eſſe hunc habitum iuris naturae, quam ut plebi tribui queat. Proprium autem iuris naturae eſſe, ut lippis tonſoribusque ſit notum, & ſine omni artificio hominibus cuiuscunque ſortis ſe ſponte manifeſtet. Verum eſt: quilibet mortalium percipit ius naturae, & hoc ipſum quoque ignorare nequit, quod modo demonſtrauimus: percipit villicus & rudis confuſe, eruditus diſtincte. Oritur ex naturae lege & dictamine accumulata & ſimultanea veritatum conſpiratio & cooperatio, hac animus opprimitur & unita vi conuincitur, ita, ut legem quidem negare non poſſit, ſed ordinem perſuaſionis ſuae & ſenſionis enarrare nihilominus non poſſit. Alia debet eſſe eruditorum ſcientia, nimirum ordine digeſta, diſtincta, & cuius omnia momenta tanquam membra cohaerentia ſigillatim commonſtrari, percipi & expendi poſſint. His legibus ſciendi me libenter obligari & ad hoc ſcribendi genus adduci paſſus ſum.

VIII.

Cognita lege naturae diuinam cognoſcere neceſſe eſt. Dixit Deus, *Geneſ. c. II. v. 18. vsque 24.* Non eſt bonum, hominem eſſe ſolum: Vidit omniſcius Creator amorem ſexus Adae inditum, vanum eſſe ſine

Analyſis dictorum Geneſ. 2. v. 18. ſequ.

ſine altero ſexu: ſed & moleſtum fore praeuidit. Ait ergo porro: faciamus ei adiutorium. Videant hoc loco, qui fontes hebraici textus callent, numne conſueta ſibi modeſtia ſcriptura ſacra negotium coitus indigitare videatur, ut adiutorium homini factum ſit contra cupidinem & inſtinctum naturae: etenim citatis hisce verſibus nihil aliud recenſetur, quam hiſtoria coniugis, homini quaeſitae: nam ita pergitur: Formatis - - cunctis animantibus - - Deus adduxit ea ad Adam, ut videret, quid vocaret ea. Puto: adducta eſſe, ut videret, an coniugem inter ea reperiret, an aliquod animantium eſſet, quod reſponderet amori ſexus. Quod verus verborum horum ſenſus hic ſit, plusquam ſat eſt perſuadeor, collatione *verſ. ſequ.* 20. Appellauitque Adam nominibus ſuis cuncta animantia - - Adae vero non inueniebatur adiutor. Et inferius v. 23. ubi Adam nominatione Evam coniugem ſibi adſciuit. Cur autem Creator omniſcius adduxit animalia ad hominem, cum ſciret coniugem ex hisce ei dari non poſſe? Certe ſui cauſa non adduxit, ut ipſi conſtaret, creandam eſſe foeminam: ſed ut homo, poſtquam omnium animalium genera vidiſſet, & eorum commixtioni non nominando coniugem ex iis, expreſſe renunciaſſet, ſuis ipſe legibus & placitis cogeretur, turpi ſodomia abſtinere, ita, ut ignorantia huius legis naturalis minime ſeſe excuſare poſſet.

IX.

Inuenta igitur nulla uxore pro homine defectum ſuppleuit creatio. *v.* 21. Deus tulit unam de coſtis eius - - & aedificauit coſtam in mulierem. Quemadmodum reliqua animalia ad hominem adduxerat, ita pari inſtituto & fine *hanc quoque adduxit*, ſcilicet ut

Digitized by Google

ut nominaret, an ſimilis ſibi, an adeo apta ſit ut circum eum ſit. Tum dixit homo: Hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro de carne mea: eſt mihi maxime ſimilis: Vocabitur virago, hac nominatione, qua foeminam ſui generis eſſe ſignificauit, coniugem adſciuit; cum alia animalia antea nominaret, viraginem nullam inuenit. Additur epiphonema; & erunt duo in carne una. Breuitas verborum ſenſum admodum difficilem reddit. Si ex antecedentibus explicatio petenda eſt, verba ad proxime praecedentia referri debent: Vir adhaerebit uxori ſuae: ita vel modum, vel cauſam adhaeſionis, modeſte tamen & caſte, deſcripſit Spiritus S. Cur aut quomodo vir adhaerebit uxori? Reſpondetur: Erunt in carnem unam. Hebraiſmum iam explicent, qui poſſunt. Si inuſitata eſt phraſis, puto rem & negotium ſignificari, de quo proprie loqui nefas aut pudor fuit autori ſanctiſſimo. Fas fuit ipſi de ea re loqui, quoniam natura eius turpis non eſt: nefas fuiſſet incaute & ſine omni circumſpectione rem propalare, ne impudicis hominum ſermonibus color ex ipſis caſtiſſimi ſpiritus dictatis paretur. Certe ego puto verba illa: erunt in carnem unam: ſignificare, quod amorem coniugalem ſibi praeſtabunt, & propter eum patre matreque carere, non dubitabunt.

X.

Nihil obſtat, quin in dicta ſententia perſeuerem, quod dictum illud cum epiphonemate ex Moyſe ſit repetitum *Matth. XIX. v. 5. & 6.* & *Marci X. v. 6. 7.* Quod Deus coniunxit, homo ne ſeparet. Nihil ibi deprehenditur diuerſum. Occaſio dictum repetendi fuit Phariſaeorum captioſa quaeſtio. Interrogarunt CHRISTVM, utrum fas ſit, virum diuortium nuncia-

Analyſis dictorum Matthaei 19. v. 5. & 6. Marci 10. v. 6. 7.

Digitized by Google

nunciare uxori, ob cauſam aliquam: eas autem cauſas intellexerunt, quas Moyſes ipſis permiſerat, *Marci X. v.* 5. ſcilicet ſi forte ex aliqua leuiſſima cauſſa malam mariti gratiam meruiſſet, ipſique diſpliceret, aut friguſculum inter coniuges ortum eſſet. Quaeſiuerunt Phariſaei de cauſis leuiſſimis & quae verae cauſae non ſunt. Propterea CHRISTVS ad aliud nihil reſpondere potuit pro diuina ſua ſapientia, quam ad id, quod proponebatur. Reſpondet CHRISTVS cauſas illas leuiſſimas, futiles & paene nullas, Iudaeis vero propter duritiem cordium ipſorum a Moyſe permiſſas, non eſſe iuſtas divortii cauſas: & quod Deus coniunxit, ob eiusmodi cauſas hominem ſoluere non debere. Legem illam diuinam inſtitutionis magis nos reuereri debere, quam ut propter leuiſſimum iurgium vel ſimile quid duas diuiſas perſonas faciamus, quas Deus in unam carnem eſſe voluit. Eſt itaque ſenſus verborum CHRISTI in citatis locis: *Iam non ſunt duae carnes*, ſcilicet ut propter quaslibet cauſas a ſe inuicem ſeparari poſſint, ſed ſunt una caro, quae non ex quauis accidentali cauſa ſoluitur, bene tamen ex eſſentiali & propria: quia poſito uno non tollitur alterum. Quod ergo DEus coniunxit, homo ex leui ac futili cauſa ne ſeparet. Maius momentum eſt, quam ut iſtud leuiter tetigiſſe ſatis ſit. Omni tempore de primaeua Creatoris inſtitutione ad indiſſolubilitatem matrimonii argumentum trahi conſueuit. Aiunt, *factum inſtitutionis habere vim legis:* afferunt rationes: Quoniam CHRISTVS *Matth. V. & XIX.* primam inſtitutionem tanqnam regulam matrimonii Iudaeis proponit: Quia, quod Chriſtus tanquam regulam proponit, lex eſt: Quia permiſſionem diuortiorum a Moyſe conceſſam, diſpenſationem eſſe docet, quae omnino legem praeſupponit. Cum autem ſole meridiano

diano clarius ſit, legem Chriſti & praeiudicium inſtitutionis primaeuae ad cauſas eas pertinere, de quibus quaeſtio vertebatur, nimirum leuiſſimas: quicquid ex inſtitutione coniugii prohibitiuae legis demonſtretur, ultra leues & inadaequatas diuortii cauſas extendi non debet. Conf. Diſputatio Vitebergenſis CAR. F. MICHAELIS, Praeſide G. L. MENCKENIO habita, *de ſana doctrina iuris Principis Euangelici circa diuortia*; & quid huic pro tuenda Diſputatione ſua inaugurali oppoſuerit I. F. KAYSERVS, P. P. ſub titulo: *Fundamenta doctrinae de diuortiis* Non repugno, quo minus inſtitutio paradiſiaca lex ſit: ſed affirmo, quod non niſi limitatam vim habeat. *Add.* GROTIVS *de I. B. & P. L. II. C. V. §. 9.* Urgetur quidem dictum 1. *Corinth. VI. 16. Qui ſcorto adhaeret, ſit una caro cum ſcorto*: Concluditur: ita vinculum contrahitur quauis carnali commixtione: igitur diuortium contrariatur naturae, hominibus a Deo inditae, & non eſt licitum. Prius autem, quam hoc affirmaretur, debebat excuti quaeſtio praeiudicialis: an vinculum ſit indiſſolubile: id quod in ſequentibus agimus. Conf. D. I. M. Langii gründlicher Beweiß, daß die diuortia iure nat. verboten ſeyn. Et: Joh. Fr. Käyſers, P. P. abgenöthigter Gegen-Beweiß.

XI.

Chriſtus permiſſione diuortii ob adulterium permiſit totalem matrimonii ſolutionem.

Eadem prorſus eſt doctrina Chriſti *Matth. V. v.* 32. Huius textus & praecedentium quoque euidentiſſima veritas eſt, reſtant autem aliqua, quae merito expendere oportet. Et primo quaeritur, utrum Chriſtus verum diuortium, totalem vinculi matrimonialis ſolutionem permiſerit necne: deinde an adulterium praebeat iuſtam cauſam, ex qua ipſum vinculum matrimonii iuſte ſolui poſſit. Quod ad primam quaeſtionem pertinet, vidimus omnem prohibitionem, quam legimus

mus

Digitized by Google

mus *Matth. V.v.32. & cap. XIX. v. 5. & 6.* item *Marci X. v. 6. 7. & Lucæ XVI. v.* 18. ad cauſas leues & non adaequatas pertinere. Corroboratur aſſertum per expreſſam exceptionem, citatis prohibitionibus ab ipſo ſaluatore adiectam: Omnis, qui dimiſerit uxorem ſuam, excepta fornicationis cauſa, facit eam moechari; & ſi aliam duxit, moëchatur: & qui dimiſſam duxerit, moechatur. Aſt Phariſaei, Chriſtum tentantes, nequaquam ſibi perſuadebant adulterium fieri per diuortium ob leuem aliquam cauſam: nec opinabantur vinculum matrimonii intercedere adhuc inter ſolutas ob tales cauſas. Quid igitur ad hanc Phariſeorum opinionem Saluator? Reſpondet, omnino intercedere vinculum integrumque manere, quando ob leuiſſimum aliquem praetextum ruptum eſt matrimonium. Non ſufficere cauſſam quamlibet, ut rumpatur ipſum vinculum: fieri autem adulterium, quando coniux dimittitur & ſalua adhuc obligatione ad coniugium prius, cum alia perſona matrimonium initur.

XII.

Adulterium tali diuortio cauſam praebet.

Coecutire omnino debet, qui non videat, CHRISTVM loqui de vera vinculi ſolutione, quando docet, ſolutionem iniuſtam eſſe ob quamlibet cauſam, & eum adulterium committere, qui uxorem ex tali cauſa dimittit. Enimuero, docet Dominus, ex aliqua cauſa poſſe fieri, ut uxor dimittatur, ſine reatu adulterii: veram vinculi ſolutionem pernegauit CHRISTVS ob quaslibet a MOYSE permiſſas cauſas, excepit inde cauſam adulterii: ergo veram vinculi ſolutionem fieri affirmauit aeterna patris veritas, quando ob cauſam adulterii coniux dimittitur. Ad alteram quaeſtionem ſuperiori §. propoſitam breuiſſimis reſponderi poteſt. Ait Chriſtus, non licere diuortium ob cauſas,

de

de quibus interrogatus erat, nempe ob leuiſſimas; excipit ab hiſce cauſis non permiſſis, cauſam adulterii: quid aliud dicere poſſumus, quam cauſam eam permitti, quae excipitur a non permiſſis. Itaque conſcientiae omnis ſcrupulus ademtus erit, quem iniecit ius Canonicum. Tuto affirmare licet; Adulterium eſſe legitimam cauſam ſoluendi vinculum matrimonii & dimittendi coniugem adulterum. Quælibet autem apoſtaſia ab amore coniugali intelligitur, quando adulterium vel fornicatio nominatur, id quod infra ex ſimilibus Scripturae S. locis ſatis luculenter patebit. Qui itaque ex leui cauſa dimiſſam, ſaluo adhuc vinculo prioris coniugii, ducit, adulterium committit.

XIII.

Conſideratio dictorum Pauli ad Corinth. I. c. 7. Quod v. 15. citati cap. 7. pertineat ad concubinatum. 3.

Poſt Chriſtum Apoſtolus Paulus doctrinam noſtram tractauit ad *Corinth. I. c. VII.* Corinthii conſuluerant Paulum de negotio diuortii, uti verſiculo 1. cit. cap. VII. narratur. Caſum, de quo conſuluerint Paulum, expreſſum nullibi reperimus. Reſpondet Apoſtolus; Bonum eſt homini mulierem non tangere. Reſpicit ad verba Chriſti *Matth. XIX. v.* 10. *usque* 13. Poſtquam ibi Chriſtus docuerat, non licere diuortia facere ob leuiſſimas cauſas, diſcipuli dixerunt ei: ſi ita eſt cauſa hominis cum uxore, non expedit nubere. Propter onus retinendi uxorem rixoſam, odioſam, conſultius eſſe putauerunt diſcipuli, uxorem non ducere, quam ductae uxoris perpetuas moleſtias perferre. Et quemadmodum de prudentia ſola ſenſerunt diſcipuli, non de iuſtitia; ita reſpondet Chriſtus & docet, quid expediat, non quid oporteat: Non omnes capiunt verbum iſtud; ſed quibus datum eſt. Id eſt: non cuilibet indiſtincte expedit uxore carere. Aliqui enim ſunt Eunuchi, i. e. abſtinentes, natura: alii facto hominum: alii vero ſunt

C abſti-

abſtinentes propter regnum coelorum. Qui poteſt capere, capiat: qui poteſt abſtinere, abſtineat. Quid ergo? Qui non poteſt abſtinere, non cogitur uxore carere nec propter regnum coelorum, licet aliqui abſtinuerint, quorum in poteſtate erat abſtinere: qui poterant continentiam eam ſeruare.

XIV.

Eodem modo Paulus intelligi debet, quando citato textu dicit: Bonum eſt homini mulierem non tangere. Sed quia multi abſtinere non poſſunt, ne fornicationis peccato ſeſe polluant, habeat quisque uxorem ſuam: In ſequentibus huius capitis verſiculis multa eiusdem ſenſus & tenoris leguntur: proprie tamen huc pertinet *verſ.* 10. & 11. His autem, qui matrimonio iuncti ſunt, praecipio, non ego, ſed Dominus: uxorem a viro non diſcedere. Iam quid Dominus praeceperit, ex antecedentibus liquet. Improbata nimirum vidimus diuortia, excepto eo, quod propter fornicationem fit. Idem igitur hoc loco praecipitur, quod ſupra ex Chriſto audiuimus. Quodſi diſceſſerit ex cauſa non ſontica, *ut maneat* ἄγαμος. Adulterium enim ſecundum Chriſti effatum non eſt, niſi dimittens ducat aliam, aut dimiſſa nubat alii. Debet itaque innupta manere: aut viro reconciliari. Pergit textus: Et vir uxorem non dimittat. Verba in ſenſum duplicem valere poſſunt. Primo, ſignificant: vir uxorem diuertere volentem non debet dimittere: ſecundo, nec hunc ſenſum reſpuunt: Quodſi diſceſſerit (uxor) praecipio: manere innuptam, niſi (ἢ) viro reconcilietur, & (niſi) vir uxorem non dimittat. Hac tamen interpretatione opus non habemus ad praeſentem ſcopum. In priori ſenſu verborum horum

rum maneamus: *vir uxorem non dimittat*, *uti Dominus praecepit*, *i. e. non dimittat ex leui cauſa.* Iam vero, quomodo ſaluari poterunt verba Apoſtoli verſiculo 15? Dicit Chriſtus citatis ſupra locis: *Qui diuertentem ducit, adulterium committit.* Paulus autem d. *v*, 15. ait: Quodſi infidelis diſcedit, diſcedat, non enim ſeruituti ſubiectus eſt frater in eiusmodi. Multum noſtra interfuerit hoc loco ſcire, ad quas Corinthiorum quaeſtiones ſingulis reſponſionibus PAVLVS reſpiciat. Sic cum canonico iure ſentiamus, & diſtinctionem arripiamus inter matrimonium ratum & verum, nondum difficultatibus liberamur. Verum matrimonium dicunt eſſe inter quasuis perſonas etiam infideles: ratum autem matrimonium adpellant, quando verum tale matrimonium roboratur ſacramento fidei. *c. 7. X. de diuort.* Verum matrimonium ſecundum LINCKIVM eſt clandeſtinum inter fideles, ratum vero & conſummatum, cui ſolennitas eccleſiſtaica acceſſit. *V. Comment ad Decretal. L. IV. Tit. 19. §. 7.* Melius forte BARBOSA *ad Conc. Trid. ſeſſ. 24. C. 6. n. 9.* cuius ſententia fere haec eſt, quod matrimonium ratum ſit illud, quod coram Parocho in facie Eccleſiae contrahitur. Conſummatur hoc, accedente copula.

XV.

Penitius ea conſiderare operae pretium eſt. Dicit Apoſtolus *verſ.* 10 Praecipio coniugatis: in verſiculo 12. ait: Dico caeteris: quinam ſunt coniugati, qui iterum caeteri? Occaſione huius textus in ſpeciem obſtantis, ad auxilium diſtinctionis ſuae confugit Pontifex: perhibet: coniugatos eſſe, qui ratum matrimonium, ſacramento fidei corroboratum colunt: fideles ergo eſſe h. l. coniugatos: caeteros eſſe ait, qui non roborante utriusque coniugis fide in matrimonio tamen vero ſunt. *C. 7. X. de diuort.* Iam ſupponit:

Digitized by Google

nit: ratum matrimonium, ob ſacramentum eſſe indiſſolubile: verum non ratum poſſe diſſolui, etiam quoad vinculum. Verum tamen certiſſimum eſt, quod Chriſtus Iudaeis dicat, *qui diuertentem ducit, adulterium committit.* Ad Iudaeorum matrimonia ſacramentum fidei nullum acceſſit: matrimonia eorum fuere & ſunt adhuc vera non tamen rata, ſecundum ius decretalium. Qui fit igitur, ut nihilominus quoad vinculum non ſoluantur: ut adulterium committat, qui dimiſſam infidelem ex coniugio non rato ducit? Nam infideles erant, quotquot Chriſto praedicante non credebant. In hoc biuio conſtituti ſumus, ut aut Chriſti doctrinam negligere, aut Pontificis diſtinctionem contemnere neceſſe nobis ſit. Ut prius faciamus, ne quidem ipſe Pontifex nobis ſuaſor erit. Proinde absque omni eius iniuria uſum diſtinctionis inter matrimonium ratum & verum, quoad hunc caſum ad minimum, non admittimus.

XVI.

Quod v. 15. citati cap. 7. pertineat ad concubinatum.

Proinde ſecuri eſſe poſſumus, de verbis Apoſtoli in dicto v. 15. quod ad coniuges minime pertineant. Affatur caeteros, ergo non coniuges rati matrimonii, quippe quibus iam reſpondit *v.* 10 permittit hisce caeteris diuertere a ſe inuicem, non obligato fratre & ſorore: ſublato omni vinculo: ergo nec coniuges eos alloquitur, qui non rato matrimonio copulantur; *per dicta §. praeced.* Neceſſe eſt credere, ad nullum genus coniugum ſermonem fieri, ſed ad caeteros. Quinam autem ſunt caeteri, qui ſecum habitant, liberos gignunt, & coniuges non ſunt? Niſi quis tertium quid nominauerit, & medium inter coniugium & concubinatum demonſtrauerit, iraſci mihi non debet, ſi dicere cogor: concubinatus cultores indigitari & intelligi per *caeteros* illos, quos Apoſtolus alloquitur. Vellem libenter hoc euitare, ne viderer e ſatellitio eorum

eſſe

eſſe (quamuis minime pudeat, nec pigeat) quos propter defenſam concubinatus cauſam tantopere odio habent. Verum iure mihi ſuccenſeri non poterit, niſi medium inter coniugium & concubinatum monſtrauerint cenſores noſtri, quod tamen matrimonii ſpecies aliqua ſit, nam hoc aiunt, & ſimul non ſit, ita, ut diſſolui poſſit. Iniqua nemini videri debet haec conditio oblata, quoniam hanc ſibi imponunt, qui concubinatum hic non intelligunt. Quicquid huius rei ſit, oportet ut Corinthii fideles nunciarint Paulo, eſſe quosdam ad fidem conuerſos, qui in concubinatu vixerunt: dubitari iam, an ob infidelitatem dimittenda ſit concubina: & ſi ipſa diuertat, an liber fiat ab ea fidelis. Puto igitur ſenſum reſponſionis Apoſtoli hunc eſſe: ſi aliquis in concubinatu vivens ad Chriſti caſtra tranſierit, & infidelem mulierem concubinam ſecum habeat, eam non ideo eſſe dimittendam, quod infidelis adhuc eſt. Si ſponte ipſa diſcedat, liberum eſſe fidelem: & ſi concubina fidelis dimiſſa ſit, liberam eam fieri.

XVII.

Hoc agendum habemus, ut videamus, quid de diuortiis ſacra ſcriptura iubeat. Dicitur in Epiſtola PAVLI *ad Epheſ. V. v. 22. usque ad fin.* Mulieres viris ſuis ſubditae ſint: Vir eſt caput mulieris, ſicut & Chriſtus eſt caput Eccleſiae. Quando autem eccleſia deficit a Chriſto, non amplius eius caput eſt: *Apocalypſ. C. III. per tot. fere*, ergo, quando uxor per adulterium deficit a fide coniugali, maritus deſinit eſſe maritus: vinculum eſt ſolutum. Pergitur in textu: Viri amate uxores veſtras, ſicut & Chriſtus dilexit Eccleſiam, & ſeipſum dedit pro ea. Apparet, quomodo Chriſtus dilexerit Eccleſiam, nempe, ut ſeipſum. Ergo viri quoque debebunt diligere uxores ſuas, ut ſeipſos quod dicitur *verſ.* 28. Nihil hactenus

Reſolutio dicti ad Epheſ. 5. v. 22. ſequ.

Digitized by Google

nus de diuortiis: nihil de aliquo debito coniugum, ut coniuges ſint, ſed de coniugum debitis ſermo eſt, dum coniuges ſunt, Additur v. 32. Vir derelinquet patrem & matrem, & adhaerebit uxori ſuae. Sacramentum (μυστήριον) magnum eſt, dico autem in Chriſto & Eccleſia. Dicit Apoſtolus his verbis: quemadmodum amor coniugum regulariter intenſiſſimus ſolet eſſe, ita, ut mulierem vir diligat tanquam corpus ſuum, ita Chriſtum amaſſe Eccleſiam, quia ſeipſum dedit pro ea. Sacramentum magnum eſt, quod Chriſtus ſe exuit gloria patris propter dilectionem eccleſiae, quemadmodum vir ſolet derelinquere patrem & matrem, & mulieri adhaerere: non autem hoc myſterium dico de vobis, ſed de Chriſto & Eccleſia. Nihilominus tamen & vos quilibet diligat uxorem ſicut ſeipſum, licet ſacramentum ad eum non pertineat. Haec ego: ſaluis melioribus quibusuis.

XVIII.

Quibus rationibus ius Canonicum circa diuortia defendi poſſit.

Iam ad iurium Papalium conſtitutiones accedimus: viſuri, an pura Chriſti & Apoſtolorum doctrina ibi retenta ſit, an vero propter ſenſus difficultatem humani aliquid irrepſerit. Certe enim non omnia malitioſe a Pontificibus conficta eſſe, ſtatuere debemus, quae ab initio timiditate conſcientiae tanquam tutiora probata, poſtea in quaeſtum verſa fuerunt. Iuris Canonici autoribus non deſunt probabiles cauſae ſtatuendi, omne diuortium, quod vinculum diſſoluit, per Chriſti & Apoſtolorum doctrinam tolerari vel admitti non poſſe, quas concilium Tridentinum *ſeſſ.* 24. pro baſi doctrinae de diuortiis aſſumſit. Praecipuus & unicus fere Textus eſt *Epheſ. V. v.* 25. *& ſequ.* cui ſatisfactum eſt §. proximo. Sed ita ius Canonicum ex eo infert: Viri diligite uxores veſtras, ſicut Chriſtus dilexit Eccleſiam: ſacramentum hoc magnum eſt. Sacramen-

mentum eſt, *) quod occulto miniſterio gratiam cœleſtem hominibus confert: profanum & damnandum propoſitum Chriſtiani hominis fuerit, gratiam coeleſtem nolle, & media ea, quibus confertur, aſpernari. Accedere, quod conſcientiae ſuae conſulere debeat Parochus, cuſtos conſcientiarum, nec permittere, ut oues Chriſti, ſibi concreditae, gratiam coeleſtem amittant: proinde omnino admittendum non eſſe diuortium quoad vinculum. Porro: Etſi ſacramentum hoc loco occultum ſenſum ſolum denotare debeat, ſequi, prohibitum eſſe diuortium verum. Matrimonium enim ita ſeruari debere, ut ſit typus Chriſti & Eccleſiae: Chriſtus & Eccleſia manent in unione, ergo maritus quoque cum uxore. Haec ſecundum Catholicos.

XIX.

Canonum ius myſterii auiditate diuortia tantopere coarctauit.

Qvoniam in vero Chriſti ſenſu & verborum eius ſano intellectu ſola veritas eſt, ad haec Tridentinorum placita reſpondere debemus. Primum errorem commiſerunt auiditate myſtici ſenſus. Patres Eccleſiae multa vanitatis rhetoricae artificia adhibuerunt, ut libris & concionibus ſuis ornatum pompamque aliquam conciliarent: ingenioſe arguendo magni fieri voluerunt. Euenit inde, cum portentoſo myſteriorum apparatu ingenium ſuum iactarent, ut plebecula crederet, his ſolis datum eſſe ſcrutari ſcripturas. Translata eſt methodus myſtica docendi, ad praecepta credendi. Sic circa textum noſtrum euenit, ut cupiditate myſterii inducti ſint Clerici ex hoc potiſſimum textu determinare libertatem diuortiorum, quod facere non debebant. Nam Chriſti legem, diuortium admittentis, ſpernere non conue-

*) Patres Eccleſiae ſacramentum & myſterium promiſcue dixerunt. AMBROSIVS *c.* 12. *C.* 23. *qu.* 1. *c.* 84 *C.* 1. *qu.* 1. 2. 3. Nam *ſacramentum* dicitur quaſi *ſecreta mens* vel *mentio*, qualis myſterium eſt.

Digitized by Google

conueniens erat. Deinde myſterium eo non referunt, quo referri debebat, ſiquidem hoc non eſt quaerendum in matrimonio, ſed in Chriſti infinito amore erga Eccleſiam, quo ſe de Patris gloria ad infimam hominis conditionem trahi paſſus eſt, & cuius umbra quaedam in amore coniugum apparet, dum eorum amor durat.

XX.

Sacramentum non eſt praeceptum

Quod autem ſacramentum hoc non ſit praeceptum, opus eſt probare; tum enim & hoc concedere poſſumus, ſacramentum ineſſe matrimonio. Certiſſimum eſt, quod nullum ſimile praecipiat aliquid faciendum eſſe vel non fieri debere; poſtquam autem praeceptum eſt aliquid, per ſimile poteſt illuſtrari, ut melius ſciat, qui obedire debet, quid hoc ſit, quod praecipitur. Alterum errorem commiſerunt Clerici, quod praeceptum quaeſiuerunt in verbis illis Pauli, quod per rerum naturam in iis eſſe nequit. Quodſi ſacramentum praecipit, ut viri diligant uxores ſuas, ſicut Chriſtus dilexit Eccleſiam, neceſſe eſt, ut viri pro mulieribus moriantur, id quod eſt abſurdum: ſi vero ſacramentum reſtringere voluerint, pars aliqua matrimonii non erit ſacramentum, ſenſum & obligationem ſecretam non habebit: iam dubium eſt, in quanam matrimonii parte deficiat qualitas ſacramentalis, in qua contra conſiſtat. Verum & hoc admittere, abſonum eſt. Neque etiam video, qua ratione tuto dicere queant ipſi Pontificii, Sacramentum hoc tale eſſe, quod gratiam coeleſtem conferat, tum enim non erit excuſatio Clero Romano qui ſacramento tali & gratiae medio ſponte carere velit. Si vero in ea opinione perſiſtant Clerici, ſacramentum eſſe praeceptum, nihilominus tamen nondum ſequitur, indiſſolubile eſſe matrimonium. Chriſtus dilexit Eccleſiam, quatenus Eccleſia erat, id eſt, quatenus ipſi tanquam capiti ſuo ſubiecta erat, uti innuit Paulus hoc ipſo loco *ad Epheſ. V. v. 24.* Ergo viri di-

ligere

ligere debent uxores, quatenus uxores ſunt, id eſt, iterum explicante PAVLO *c. v.* 24. quatenus ſunt ſubiectae in rebus omnibus.

XXI.

In matrimonio non magis eſt ſacramentum, quam in vento, regenerationis ſymbolo.

Potius autem dicendum eſt, ſacramentum hic loci nullum eſſe, uti ſuperiori explicatione textus huius euincitur. Incommodum valde eſſet contrarium ſtatuere, & in omni ſenſu recondito ſacramentum quaeſitare. Dicit enim CHRISTVS ad NICODEMVM, quod ventus habeat ſenſum reconditum, quo praefiguratur natura regeniti: ergo ventus erit ſacramentum. Si praeterea omne ſacramentum in ſe continet praeceptum, ut eius veneratione aliqua facere vel non facere obligemur, ſequitur, ut religionis cauſa & ſacramenti reuerentia Clerici & Laici, viri & foeminae extra templum, in templo & quod maius eſt, in ipſo ſuggeſtu eccleſiaſtico, tam aeſtiuo quam hyberno tempore flabellis utantur, ne forte ceſſante vento ſenſus myſtici de regenerationis negotio homines obliuiſcantur. Si quis criminetur, blaſphemiam dictis hiſce ineſſe, quid, quaeſo, in argumentatione de matrimonio erit?

XXII.

Ius canonicum loco diuortii veri ſubſtituit ſeparationem.

Praeualuit tamen contrarium apud Pontifices, & omnibus decretis ſuis prohibent veram quoad vinculum factam matrimonii diſſolutionem: quoties autem ſeparationis vel diuortii mentionem faciunt, intelligunt diuortium conuictus coniugalis, ſeparationem quoad thorum & menſam. *Concil. Trident. Can.* 7. & 8. *ſeſſ.* 24. Obſeruarunt hoc CARPZOVIVS *Iur. Eccl. Def.* 210. *n.* 3. PAGENSTECHER *in admon. ad Pand. P. IV.* §. 120. MENOCHIVS *de arbitr. Caſ.* 287. FACHINAEVS *Controu. I. L. II. c.* 76. & alii, quod & veriſſimum eſt, licet BEVSTIVS *de diuort. C.* 16. in alia ſententia ſit. Euolui poſſunt *C. ult. c.* 32. *Qu.* 7. & 6. *C.* 4. *c.* 33. *Qu.* 5. *C. ult. X. de adult. c.* 5. & *ſequ. C.* 28. *qu.* 1. *C.* 7. *X. de diuort.*

C. 2, 6. *X. de adult. C.* 13. *X. de reſtitut. ſpol. c.* 1. *X. de ſponſal. c.* 2. *X. de diuort.* Ex his textibus ſatis cauſae apparebit, quod commode admodum ſeparatio appellari poſſit diuortium canonicum. Quoniam enim de diuortiis clariſſimos ſacrae ſcripturae textus offenderunt, Clerici horum autoritati ſatis superque conſuli putauerunt, ſi interpretatione commoda eos textus ad alium ſenſum vel ad aliam ſpeciem diuortiorum detorquerent. Ita orta fuit doctrina de diuortio conuictus coniugalis, quae proprie ad diuortia non pertinet. Praeter cauſas iuſti diuortii, per imperium Papale aliae ſuccreuerunt, imaginariae prorſus & vanae, quarum ineptitudo & contrarietas ipſa ſe ſatis prodit.

XXIII.

Incommoda huius doctrinae extenſio.

Extantiora huius rei exempla proferamus. Coniuges, quorum alter filium ſuum de baptiſmo leuauit, neſcius hunc filium ſuum eſſe, contrahit cum uxore ſua compaternitatem & affinitatem ſpiritualem: ergo ſeparari debet a coniuge *c.* 1. *c.* 30. *qu.* 1. Cognatio ſpiritualis ad ſimilitudinem carnalis inuenta fuit, & quemadmodum carnali cognatione impediuntur perſonae propinquae matrimonium contrahere, vel in contracto perſiſtere, ita ad huius ſimilitudinem impeditur earum matrimonium per ſuppoſititiam illam affinitatem. Quando igitur coniugibus filius natus eſt, compaternitas carnalis fit, nec tamen propter eandem in matrimonio perſiſtere prohibentur: ſi vero pater filium hunc de baptiſmo leuauerit, & ſpiritualis pater factus ſit, ideo matre abſtinere debet. Quaſi ſcelus eſſet filii patrem cohabitare matri. Porro: ſi filiaſtrum (filium ex priori matrimonio) alter coniux tenuit ad confirmationem (zur Firmelung, quae eſt ſacramentum pontificium ad imitationem baptiſmatis) ſeparentur *C.* 2. *ead.* Quid igitur? Fraude ſua iam poſſunt diuertere coniuges, qui iure non poterant. Aduertit

hunc

hunc errorem legiſlator, ideo addidit: ſi coniuges filiſo ſuos fraudulenter ad confirmationem tenuerint, eos non eſſe ſeparandos. *Can.* 4. *Ead.* Iam propter peccatum in matrimonio eſſe non debent coniuges, qui bona fide errauerunt: ſed perſiſtere debent, qui dolo effecerunt, ut matrimonium eorum peccatum ſit. Aliud portentum iuris reperire eſt *c.* 4. *c.* 35. *qu.* 2. ſeparari iubentur, qui conſanguineas ſuas ducunt, ita ne poſſint alias ducere viuis illis. Si matrimonium cum conſanguinea eſt nullum, cur ſtatuitur vinculum inter eiusmodi perſonas, quod nunquam coepit nec potuit eſſe? Si matrimonium cum conſanguinea eſt ratum, cur ſeparantur veri coniuges? Videmus myſticorum iura adeo eſſe craſſa vel abſtruſa, ut ſanae mentis ratio vel ea admittere nequeat, vel aſſequi nullo modo poſſit.

XXIV.

Proteſtantium doctrinae de diuortio.

Iam ad Proteſtantium placita & Conſiſtoriorum uſum procedamus. Poſtquam diuina fauente gratia ſacrorum Bibliorum copia Laicis iterum facta fuit, ſufficientes rationes ſe prodiderunt Euangelicis, cur doctrinam diuortiorum mutarent, quae per ius Canonicum laqueus conſcientiarum & iugum fratrum duriſſimum fuerat, contra Pauli voluntatem. Quemadmodum autem omnis mutatio dubitationem aliquam ſecum adfert, ita hic loci quoque accidit. Habemus itaque utrumque diuortium, tam verum, quod eſt vinculi ſeparatio, quam Canonicum, quod eſt coniugalis debiti ſuſpenſio ad tempus. Secundum CARPZOVIUM potiſſimum proponere fas eſt placita Proteſtantium circa diuortia, quod huius obſeruationibus praxis plerorumque Conſiſtoriorum adhuc inniti videatur. Placet, matrimonium eſſe contractum perpetuum & indiſſolubilem inſtitutione, ſed iterum diſſolubilem, diſpenſatione, & demum in nouo teſtamento cauſae permiſſione, nimirum adulterii *Lib. II. D.* 189. Licitum eſt in-

nocenti viuente adhuc nocente & adultera parte, poſt diuortium aliud matrimonium inire *D.* 190. Idem nocenti licere, ſi tentata reconciliatio nihil profecerit: ſi labores & ieiunia libidinem nocentis ſupprimere non valeant: ſi conſenſus Conſiſtorii ducendi aliam perſonam, nocenti ſubuenerit: ſi propter ſcandalum emigrarare velit. *D.* 191.

XXV.

Adulterio apud Proteſtantes aequipollet deſertio malitioſa, ſiquidem & propter hanc permittitur diuortium parti deſertae, quod probat argumento e longinquo ſatis petito. *D.* 191. *n.* 7. Verum diuortium porro operatur dolus vitiatae pro virgine ſeſe gerentis *D.* 193. Quae cauſa alias non attendebatur. ARVM. *in quaeſt. iur. contr. Qu.* 3. WESENB. *tit. ff. de nupt.* IOACH. a BEVST. *de matr. P. II. c.* 34. §. *Error. qual.* niſi maritus ſtupri gnarus in hoc eſſentiale vitium tacite conſenſerit. *D.* 197. Propter impotentiam viri mulier vinculo liberatur. Intelligitur impotentia ante matrimonium manifeſta. Alias triennium cohabitare & ope medicorum uti iubentur. BEVST. *c. l. c.* 14. *D.* 200. itemque vir ob corporale mulieris vitium *D.* 201. Veruntamen vitium poſt contractas nuptias ſuperueniens diuortio cauſam non praebet, propter fortunarum omnium communionem. *Def.* 202. V. BEVST. *de matr. c.* 14 & *c.* 25. *c.* 32. *qu.* 7. ſed ob furtum vinculum non ſolui placuit olim, *Def.* 203. neque ob paupertatem vel aes alienum, vel dotem ptomiſſam & non ſolutam. *Def.* 203. 204. Ius ſeparationis quoad thorum & menſam ita fere obtinet: Coniuges proprio auſu ſe ſeparare non poſſunt, quodſi vero neque carceris poena neque alius coërcitionis modo ad cohabitandum compelli poſſint, autoritate magiſtratus Eccleſiaſtici ſeparantur. *Def.* 211. *n.* 2. 4. Cognita cauſa, ſi reperiatur mariti culpa factum eſſe diuortium, ad alimenta uxori praeſtanda condemnatur, *Def.* 213.

Rorum uſus circa ſeparationem.

Digitized by Google

Def. 213. *n.* 7. RITTERSH. *Diff. iur. Ciu. & Can. L. II. c.* 12. & contrario uxor alimenta petere nequit, quando ipſa propria culpa abeſt, *ib. n.* 8. aut maritus ipſi reſtituat bona illata, quibus ſufficienter ali poſſit. *Def.* 214. Et quia matrimonium durante ſeparatione & diuortio iſto conuictus, nihilominus integrum perſiſtit, maritus retinet ius adminiſtrandi bona illata, *Ib. n.* 6. & uſumfructum *Ib. n.* 1. & 5. ſuccedunt ſibi eiusmodi coniuges in portione ſtatutaria, non habito diſcrimine, utrum nocens an innocens ſuperſtes fuerit. *D.* 215. Tandem, quia ſeparatio haec in eum finem conceditur, ut deferueſcente ira, taedio ſolitudinis iterum in gratiam ſecum redeant, uxorem rixoſam maritus iterum in conuictum recipere tenetur, ſi poenitet, *Def.* 217. Intutum autem eſt ſoli poenitentiae credere, & coniugem moleſtum ſuae ſemper promiſſioni committere, hinc interdum cautio exigitur, praeſertim, quando ob ſaeuitiam mariti uxor ſocietatem eius & viciniam metuit, atque ideo cohabitare dubitat. *Def.* 218. Dicta reconciliatio continet conſenſum ad cohabitationem *Def.* 216. *n.* 5. *ſequ.* Si vero ante ſeparationem obtineri poſſit, ad hanc non deuenitur. *Def.* 220. Conſequens reconciliationis eſt, quod ſaeuitiae poena remittatur marito. *Def.* 221. ſolent etiam proceſſu ſaeuitiae pendente coniuges ſeparari, quae tamen ſeparatio non eſt, ſed cautio. BARDILI *de ſep. cohab. Th.* 3.

XXVI.

Vt aliorum omnium de diuortio & ſeparatione opiniones miſſas faciam, Celeberrimi KAYSERI, I. V. D. & Prof. P. nouas meditationes, cauſasque diuortiorum breuiſſimis repetam, quas ſub Praeſidio Ill. Dn. BOEHMERI publicae diſquiſitioni commiſit, & quae hodienum ſub incude aduerſariorum candent. Admittitur per doctiſſimum auctorem cauſarum illarum quaeuis cauſa grauior, *cap. III.* §. 15. qualis eſt adulterium **Recentiora tradita de diuortiis.**

Digitized by Google

§. 16. malitioſa deſertio, debiti coniugalis denegatio, inſidiae vitae ſtructae, abortus procuratio, §. 17. relegatio perpetua uxoris §. 18. mores intolerabiles §. 21. Impietas aduerſus Deum §. 24. inimicitiae irreconciliabiles §. 25. morbus ſonticus §. 26, ſterilitas. §. 27. Itidem ſeparatio ex eiusmodi cauſis multo facilius permittitur. Igitur dubium non eſt, quin concedatur ſeparatio ob inimicitias capitales, inſidias, quas difficulter caueas, ob ſaeuiſſimum furorem, ob morbum contagioſum incurabilem, denegationem debiti coniugalis, ob furtum plerique etiam permittunt ſeparationem, quamquam nullo modo diuortium propter id licere dicant; Poſteriora haec ſigillatim, ſed pleraque ſecundum CARPZOVIVM decidit BARDILI, *in diſquiſit. inaugurali de ſeparatione cababitationis.* Saltim adhuc notamus, quod iure Canonico ob adulterium non permittatur ſeparatio, ſi ambo coniuges adulteri ſunt. *C. ult. de adult. c. I. c. 32. qu. 6.*

XXVII.

Cauſae verae diuortii ſecundum ius naturae.

Cauſas diuortii licitas iam videamus, poſtquam fundamenta diuortii, tam ex natura, quam Scriptura S. perſpeximus. Ex iure & lumine naturae didicimus, non propter quaslibet cauſas promiſcue licere matrimonia diſſoluere. Reſtat igitur, ut ſciamus, quaenam ſint illae cauſae, propter quas licet. Siquidem propter certas cauſas non licet, ergo non abſolute prohibitum eſt. Improprie interdum dicitur matrimonium ſolui, quando ſcilicet ſeiunguntur perſonae, quorum matrimonium erat nullum: ſed & hanc ſeparationem breuitatis cauſa diuortiis annumerabo. Naturalis regula de reſolutione negotii contracti vel rei effectae ſupra tradita eſt: quo modo negotia coaleſcunt, eius modi contrario modo iterum ſoluuntur. Praeter hanc regulam & matrimonii ſupra datam definitionem nihil extranei adducetur, ad demonſtrandas diuortii cauſas. Primo

loco

Digitized by Google

loco videamus quaſi diuortium perſonarum, quae vere coniuges non fuerunt, ſed quae propter ſolennitates nuptiarum coniuges eſſe videbantur. Matrimonium eſt deditio mutua corporum maris & foeminae. Igitur, ſi quando acciderit, ut deditio corporum propter corporis vitium nulla ſit, vana & ſine effectu; tum omnino nullum eſt matrimonium, & vitio tali, quod esſentiale eſt, impeditur, quo minus matrimonium fieri poſſit.

XXVIII.

Apparet, quid de impotentia ſtatuendum ſit. Nimirum, impedit impotentia coniugis alterius efficacem corporum deditionem, & impedit adeo, ut matrimonium non fiat. Quid obſtat, ut a ſe inuicem diſcedant, qui coniuges non ſunt? Eſt igitur prima cauſa iuſti diuortii, improprii licet, impotentia coniugalis. Talis impotentia caſtratione inducitur. Non omittere poſſum admirandum Leontii, Epiſcopi Antiocheni exemplum, qui cupidine foeminae iuuenculae, cui nomen Euſtolium, ſeipſum caſtraſſe perhibetur, contrario certe omnium virorum inſtituto & conſilio. Dicitur hoc ideo feciſſe, ut ſine impudicitiae ſuſpicione libere cum ea conuerſari, quin etiam dormire potuerit. ZIEGLER. *Iur. Can. L. I. t.* 25. §. 23. Credat Judaeus Apella. Natura quoque impotentia totalis, & cui mederi nequeat, datur. Medicamentis procurari poteſt impotentia: an magicis incantamentis & per daemonem, CARPZOVIUS aeuo ſuo, & recentiores quoque crediderunt: hodie narrationibus eiusmodi parciſſime fides adhibetur, & merito. Probabile admodum eſt daemonis has artes ab iis confictas eſſe, qui pudore vitii naturalis & deceptae coniugis verum defectus principium ſibi imputari noluerunt.

De impotentia.

XXIX.

De errore circa perſonam.

Mutuam corporum deditionem porro non admittit error in perſona. Quando negotium aliquod ita geſtum eſt, ut aliquid deficiat, quod ad eſſentiam negotii requiritur, ipſo iure nullum eſt: validum enim eſſet optimo iure, ſi nullum eſſentiale vitium appareret. Matrimonium igitur nullum eſt, quando alia perſona fraude ſuppoſita, aliam vero elegerat coniux. Siquidem deditio ipſa corporum non ſolo coitu fit, ſed conſenſu potisſimum. Quando non conſenſit vir in natu maiorem, hac pro natu minori filia fraude ſubſtituta, matrimonium non eſt, niſi ratihabitio ſequatur. An error eius, qui vitiatam pro virgine ducit, circa eſſentiale matrimonii verſetur, multis viſum fuit, quoniam aequitatem ſatis viderunt, ob quam merito eiusmodi deceptus in inuiſa adeo coniunctione inuitus detineri non debet: & quoniam meliorem propriamque rationem non inuenerunt, perſuaſere ſibi, defectum virginitatis eſſe vitium eſſentiale. Verum enim vero, ſecundum datam definitionem deditio corporum nihilo magis impeditur, ſi ſponſa virgo non ſit, quam ſi fuerit. Nec obſtat matrimonio vitiatae, quod liberorum quaerendorum cauſa ducatur. Si dicas: virginitatis qualitatem a ſponſo tacite requiri: contra eum facienda erit interpretatio, quoniam clarius loqui potuiſſet. Cur autem ob vitium dictum diuortium liceat, ſtatim explicabitur.

XXX.

De adulterio.

Per cauſas proxime allegatas non tam diſſoluitur matrimonium, quam demonſtratur, nunquam matrimonium aliquod fuiſſe, ſi dictae circumſtantiae acciderint. Iam ad cauſas eas properamus, quibus matrimonium rite contractum atque optimo iure validum, iterum reſoluitur. Meminiſſe debemus, quod matrimonii conuentio contineat commune coëuntium placi-

tum

tum de excludendo tertio. Adulterium eſt admiſſio tertii: igitur matrimonio nihil tam contrariumeſt, quam adulterium. Proinde diuortio cauſam praebet adulterium alterutrius coniugis. Creditur autem vagae libidini dedita & ad furtiuos complexus exercitata, quae antea in matrimonio nondum vixit, nec tamen virgo eſt. Eiusmodi perſonae peccatum exſpectare velle, primo imprudens factum eſt, deinde rariſſime euenire poteſt, ut alios viros furtim experta, ſincero animo firmoque propoſito extraneos amores exulare velit: ne ſubinde exoriente leui aliquo iurgio cum marito, interim vicarium ſolamen quaeritet. Dixi, utplurimum hoc ita fieri, & quoniam ex ſaepe accidentibus regula fit, quodammodo verum eſt, vitium virginitatis, & errorem circa iſtud eſſe aliquid, quod naturae matrimonii repugnet, & ita iuſtam diuortio cauſam praebeat. Dicta tamen nihil officiunt nuptiis inter vitiatam & vitiantem. In ſumma: iure dimittitur vitiata: non quidem propter adulterium ſcortationis, quia coniugium eius nondum erat, cum ſcortaretur, ſed propter animum a perfidia non alienum, ob quem non creditur ſerio ſe obligaſſe ad fidem coniugalem, qua deficiente, coniugium quoque nullum eſt. Quod haec circa ſolas foeminas ita obſeruentur, ratio eſt, quia viri iura conſtituunt: ſi foeminis conceſſum eſſet leges condere, forte ſponſi virginitas rigide ſatis exigeretur: Verum enim eſt, cauſam hanc diuortii ad utrumque ſexum pertinere.

XXXI.

Opus autem eſt, ut adulterium in naturali ſignificatione & latitudine accipiamus. Excludi debet tertia perſona ab amore coniugali: propterea omnis apoſtaſia a dicto amore, quae coniuncta eſt cum cupiditate

Quid adulterium ſignificet.

E

piditate & amore erga tertiam aliquam perſonam, adulterium eſt, quod peculiarem conſtituit cauſam diuortii. Ne quis putet, in naturaliſmi impietatem nos inclinare, conſideret verba Chriſti: *Qui mulierem intuetur, ut eam concupiſcat, adulterium commiſit.* Igitur ſecundum naturam ſolide, ſecundum ſcripturas veriſſime affirmamus, apoſtaſiam a praeſenti coniuge & concupiſcentiam alterius perſonae, ipſiſſimum eſſe adulterium. Infinitae huius adulterii ſunt ſpecies vel potius modi. Duobus autem extremis fere continentur, primo, quando coniux deficit a fide coniugis, corpusque ipſum proſtituit alteri, cuius illicito appetitu ardet: altero, quando ſola concupiſcentia alterius perſonae matrimonii lex infringitur, actu exterius nullo exſtante. Longe diſtant haec extrema, quare infinitos alios modos complectuntur, qui inter ambo interiacent.

XXXII.

De oſculo & nutu impudico.

Licet ius canonicum verum diuortium quoad vinculum non admittat: tamen affulſit inuentoribus eius modo recenſita veritas. Coniugis laſciuum oſculum, cauſam praebere diuortio illi canonico, legimus. Aliquid etiam huius rei ſubolfecit CARPZOVIVS. Diſtat autem adhuc ab ipſa veritate, quod ex oſculo impudico ſuſpicionem tantum eliciat adulterii, ex ſuſpicione vero adulterii diuortium concedendum eſſe putat, id quod minime licere puto, quia non tam ſuſpicio adulterii, quam ipſum adulterium requiritur. Ad huius exempli analogiam multos caſus confingere licet. Licebit omnino diuortium facere, ſi vir intercipiat impudicas riualium literas, ſi viciſſim uxor intempeſta nocte maritum ex pediſſequae cubiculo ſuſpenſo gradu reuerti audiat, quem ne mus quidem incedere ſenſiſſet, dum ipſa diu intacta

tacta iacuit. Nutus etiam non minus impudicus eſſe poteſt quam oſculum, & paritas rationis hoc caſu paria iura operatur. Huc pertinent ſecreta colloquia coniugum cum alia perſona, praeſertim ſi accedant rixae domeſticae, & quae alia huius generis contingere poſſunt: modo conſtet, apoſtaſiam & defectionem factam eſſe ad aliam perſonam.

XXXIII.

De coniugalis debiti denegatione & ſterilitate.

Denegatio debiti coniugalis iure ſuo refertur inter cauſas diuortii. Matrimonium enim eſt mutua deditio corporum, quae non ſolum natura eſt probata, ſed etiam iure diuino coniugibus iniuncta. *I. Corinth. VII. v.* 4. Quid amplius erit deditio corporum, ſi alter coniux poteſtatem corporis alterius non habeat, ſui corporis copiam fruſtra faciat? Tollitur itaque huiusmodi denegatione eſſentia matrimonii, & ipſum matrimonium conſequenter funditus perit. Deditioni corporum e diametro contrariatur denegatio corporum: per priorem fit matrimonium: impoſſibile igitur per naturam eſt, ut per poſterius non iterum tollatur. Nam certum eſt, & ſupra aliquoties repetitum, quod per contrariam cauſam tollatur, quod per aliquam cauſam factum eſt. De ſterilitate definire non licet. Natura foeminam ſterilem eſſe, probari nequit, niſi quae ob vitium corporis virum experiri non poſſit. Hanc ad ſteriles non referimus ſed ad eas, quae viri impotentes ſunt, & de quibus iam actum eſt. Ob ſterilitatis cauſam uxorem dimittere velle, natura iniquum eſt, quia non apparet, quae ſit ſterilis, dum iuſtae & foecundae aetatis adhuc eſt. Si quinquagenaria facta ſit, & liberos ediderit antea, ob ſterilitatem dimitti non poteſt. Si antea nullos liberos enixa fuit, iam quidem ſterilis erit, ſed quoniam ad eſſentiam matrimonii non pertinet, ut liberos edat, non video,

Digitized by Google

deo, quomodo iure dimitti queat uxor. Uxor enim ſtatim eſt, ac liberorum cauſa aſſumta eſt, non vero tum demum uxor fit, ſi matris nomen adepta fuerit.

XXXIV.

De malitioſa deſertione.

Deſertio malitioſa ſecum trahit debiti coniugalis denegationem, quare aeque ac illa legitima cauſa diuortii eſt. An impotentia ſuperueniens diuortium operetur, videamus. Rationem dubitandi obiicit CARPZOVIUS: coniuges omnium fortunarum ſocii, omnis euentus participes ſunt. Iuſto latius a CARPZOVIO extenditur regula. Si coniugum alter moriatur, certe mortuo inſignis impotentia ſuperuenit, ergo hanc fortunam impotentiae patientiſſime ferre cogetur ſuperſtes? Dicis: qui plane non eſt, impotens non eſt, quod concedo. Hoc ſaltem ſerio defendo: Matrimonii eſſentia conſiſtit in deditione corporum: deditio corporum ceſſat, quando impotentia coëundi ſuperuenit: ergo deficit ipſum matrimonium, & perimitur vinculum, ſuperueniente vitio eſſentiali. Reſtat omnino nihil, quod potentem partem teneat, quin alterius coniugii conditionem quaerat, diſſoluto priori. Neque iniuria fit impotenti, quae corporum deditione frui non poteſt: Quod autem ſine culpa ſua mutuo adiutorio careat, ad naturam non pertinet, ſed ex ſcriptura S. decidi debet: unde in poſteram tractationem punctum hocce reiicimus. V. Th. XLIII. Quid de furore & morbo incurabili ſtatuendum ſit, per dicta liquet.

XXXV.

De inimicitiis.

Quando conſideramus, ineſſe matrimonio amorem ſingularem, patet iterum, quid de odio ſingulari & inimicitiis irreconciliabilibus ſtatuendum ſit, quando ſcilicet coniux vitae coniugis inſidias ſtruit. Ius naturale homini praeprimis praecipit, ut viuat, deinde

de, ut generet. Propterea vitae poſtponendum eſt coniugium. Caedi ſe offerre, propricidium eſt: aſt offert ſeſe, qui cum homicida, hoſte & inimico capitali moratur. Quod itaque diſcedere poſſit, imo debeat, pars in periculo vitae conſtituta, in aprico eſt: quod vinculum matrimonii quoque ſoluatur, ſequitur. Iure cogente coniugem inſidiantem pars altera fugit: iure cogente corporum deditionem rumpit: quod autem quis iure fecit, citra iniuriam feciſſe putandus eſt. Ergo iure rupta eſt deditio corporum & conſequenter ipſum matrimonium. Culpa reſoluti vinculi apud eum coniugem eſt, cuius metu alter fugere cogebatur; Iſte praecepto arguitur: *Quod Deus coniunxit, homo ne ſeparet.* Etenim aequipollent, quando coniux alterum malitioſe deſerit, & adeo deſertum deditione corporum fruſtratur: & quando coniux vi metuque efficit, quo alter ſeipſum iure ſuo defraudare & deſerendo ipſum ſe deſertum facere cogatur. Cogitur omnino, qui non facere voluit, & tamen ſciens fecit.

XXXVI.

Ad eſſentiam matrimonii pertinet deditio corporum & excluſio tertii, interuenientis. Proprietas autem ſaltem eſt, quod liberorum procreandorum cauſa initur. Quando itaque uxor aſſidue abortum ſibi procurat, contra proprietatem matrimonii peccat, non contra eſſentiam eius ita committit, ut ipſo iure ſoluatur, & marito liceat ipſam repudiare. Si foetum abigere ſolet, forte metu puerperii, aut ſuperſtitione inducta, corporis copiam ideo non minus facit marito: nec moechus interueniſſe demonſtratur: neque contrarius ullus modus exiſtit ei modo, quo matrimonium conciliatum eſt. Ergo nihil rationis apparet, quo minus ſtare prohibeatur. Interim tamen conuenientibus delicto poenis coërceri

De abortus procuratione & relegatione.

 ceri

ceri poterit uxor venefica & in viſcera propria ſaeuiens. Cuſtodes adhiberi poterunt, quibus impediatur abortus medicamenta conquirere : alia media conditio & circumſtantiae hominum facile ſuppeditabunt. Ipſum matrimonium ideo ſolutum eſſe, & diuortio locum concedi, dicere non poſſum : prohibentibus hoc ipſum principiis meis. An aliunde ſequatur, vel ſequi poſſit, hactenus me fugit. Idem de relegatione uxoris perpetua ſentio : ſi dediſti corpus, ſequere relegatam : ſi ſequi nolis, ipſe in culpa eris. Si damnum bonorum amiſſionem domicilii vel patriae queri velis, dicendum eſt, per eorum iacturam matrimonio ne minimum quidem offici. Quandoquidem autem ſtat matrimonium viri cum relegata, virum relegatae maritum eſſe oportet.

XXXVII.

De moribus intolerabilibus.

Nequicquam porro puto momentum diuertendi conferre mores intolerabiles coniugis. Non itelligo ſub moribus his peruicaciam in denegando debito coniugali, aut nauſeam rerum carnalium, de his iam dixi, neque intelligo mores inconſtantiae vel perfidiae contra fidem coniugii, de quibus ſupra. Alii autem mores, quomodo vinculo matrimonii obſtant? Deditio corporum eſſe poteſt, quamuis ad menſam maritus ſedeat, brachiis ambobus bene ſuffultus, iuſculum per iter ſemicirculare, deſtillantibus de cochleari guttis in mappa depictum, ad fauces late hiantes deriuans, cyathos ingentes ſiccans : donec miſſis ſubinde crepitis alui bene ſaginatus ſtertere incipiat, vinumque exhalet, vel euomat. Nihil vice verſa matrimonio detrahitur, quando Glycerium dulciſſimum culinari opera defungens, teſtam, pinguedine carnium pridie coctarum adhuc oblitam, igni apponit, ignara murem intereá in ea periiſſe, quem ſubita infuſa aqua impura, carnibusque nondum lotis iniectis, non prius

prius deprehendit, quam cum ad pultem ferme coctum, una cum carnibus, murino ſucco inquinatis, marito praebet: Licet ipſa patinam eſurienti apponat, pendente ex naribus diaphana ſatis guttula, quam abſtergens, per genas ducit, reſiduo digiti ingente tractu, qui repreſſis ad latera limbis pituitoſis in medio carbonum puluerem habet. Licet, inquam, haec ita ſe habeant, nihil video, quod deditioni corporum contrarium appareat, aut quod tertium interuenientem oſtendat.

XXXVIII.

Examen praecedentium cauſarum ſecundum Scripturam S. & quid ſignificet adulterium vel ſcortatio.

Eaſdem cauſas & alias] quoque ſecundum trutinam Scripturae S. examinare debemus. Per hanc iuſta diuortii cauſa eſt, quando adulterium eſt. Quibus vero modis adulterium fiat, videamus. Πορνεύειν omne delictum maius denotare, traditur. Tutius autem eſt, non nimis euagari, uti rude nimium eſt, neglecto ſenſu ſonum verborum amplecti. Puto mediam viam me eligere, quando ſtatuo, adulterium, fornicationem, non preſſe ſignificare corporis proſtitutionem. Ut in *Apocal. c. XVII. §. 2.* Et *Matth. XVI.* 4. Μοιχαλὴ γενεά, Generatio adultera dicitur, qua a DEo perfide deficit. Corpus non proſtituerunt Iſraelitae, DEum relinquentem, ſed propter perfidiam & apoſtaſiam adulterum dicuntur genus. Frequens eſt fornicationis pro apoſtaſiae crimine appellatio in S. Codice. Et fornicati ſunt in adinuentionibus ſuis *Pſ. 106. v. 39.* Initium fornicationis eſt exquiſitio Idolorum. *Sap. XIV. v. 12.* Ne ineas pactum cum hominibus illarum regionum, ne, cum fornicati ſint cum Diis ſuis. *Exod. XXXV. v. 15.* Nec uxorem de filiabus eorum accipies filiis tuis, ne, poſtquam ipſae fuerint fornicatae

poſt

Digitized by Google

poſt Deos ſuos, fornicari faciant filios tuos in Deos ſuos. *Ib. v. 16.* Anima quae declinauerit ad Magos & Hariolos, & fornicata fuerit cum eis. *Leuit. XX. v. 6.* Neque ſequantur cogitationes ſuas & oculos per res varias fornicantes: ſed magis memores praeceptorum Dei faciant ea. *Num. XV. v. 39. 40.* Populus iſte conſurgens fornicabitur poſt Deos alienos. *Deut. XXI. v. 16.* Sed nec eos (*Iudices*) audire voluerunt, fornicantes cum Diis alienis, & adorantes eos. Cito deſeruerunt viam. *Iudic. II. v. 17.* Reliquerunt autem Deum patrum ſuorum, & fornicati ſunt poſt Deos populorum terrae, quos abſtulit Deus coram eis. *I. Paral. v. 25.* Ita fornicatio ſignificat defectionem aliquam ad extraneum factam cum violatione foederis & fidei prioris. CHRISTVS ait: *Matth. V. v. 28.* Omnis, qui viderit mulierem, ad concupiſcendam eam, iam moechatus eſt eam in corde ſuo. Adulterium cogitatione commiſſum coram Deo verum adulterium eſt: ob verum adulterium diuortia licita ſunt: Quid ergo obſtat, quo minus propter quoduis adulterium, etiamſi carnaliter non ſit conſummatum, ad diuortii libertatem concludere valeamus. Confirmat adeo Chriſtus naturam, quoniam adulterium iſtud indigitat diuortio iuſtam cauſam praebere, quod conſiſtit in apoſtaſia coniugis contra fidem coniugalem facta.

XXXIX.

De caſibus S. Scriptura non deciſis.

Reuelatio igitur hanc regulam ſtatuit: *Quotiescunque ſine adulterii peccato coniuges a ſe inuicem diſcedere poſſunt, toties diuortium iure diuino eſt licitum.* Secundum hanc normam, procul dubio omnibus bene ſenſatis probatam, caſuum, ſupra ſecundum naturam

ram deciſorum, rectitudinem exigere volumus. In S. Scripturae citatis antea locis nihil diſponitur de matrimonio, ipſo iure nullo, quod ex inſpectione textuum ſtatim eluceſcit. Unde deficiente iure diuino integrum nobis eſt, ad ius naturae recurrere. Ita cauſae impotentiae, erroris circa perſonam & defectus virginalis qualitatis mentisque caſtitatis ex iure naturae decidendae ſunt, non ex ſcriptura, quia non ſoluunt matrimonium, ſed ingreſſum eius impediunt, de quo caſu nihil habet reuelatio. Tacet quoque ius diuinum de iis caſibus, quando ſine culpa & facto coniugum coniugium ſuo vitio corruit: e. g. impotentia ſuperueniente. Chriſtus non reſpondit de vitio, quod matrimonio ſine facto & conſilio coniugum accidit: ſed de eo, quod marito facere licet, ut ſine peccato matrimonium ceſſet. Paulus quoque diuerſum nihil dicit, & ſi dicere opus fuit, ſumma circumſpectione definit: *Ego dico, non Dominus: Nullum habeo praeceptum Domini:* & ſimiliter, ideo, ne iugum iniiciat collis fratrum. Ubi igitur deficit praeceptum Domini IEſu Chriſti, ut hic de cauſis diuortii, matrimonio per proprium vitium concidente, ibi naturae dictata audire & ſequi non modo liberum eſt, ſed & non ſequi iniuſtum & impium eſt. Neque verum diuortium eſt, de quo loquor, ſiquidem extincto matrimonio caſu quodam, coniuges non diuertunt, vel diſcedunt, ſed liberae perſonae arbitrio ſuo utuntur.

XL.

Propter adulterium, ſtupro conſummatum, matrimonium ſolui, extra controuerſiam eſt. De laſciuitate autem oſculi a plurimis dubitatum eſt. Puto tamen accidere omnino poſſe, ut per eiusmodi oſculum apoſtaſiae de fide coniugali indicium firmum conſtare poſſit. Quoniam igitur adulterium committit, qui mulierem adſpicit cum concupiſcentia: quidni

Quid diſponatur de adulterio: & quod huic aequipolleat oſculum laſciuum: denegatio debiti coniugalis: &

malitioſa deſertio.

adulterium committet, qui mulierem tangit, ita, ut videatur concupitum eſſe? Adulterium quoque committit, id eſt, eſſentiam matrimonii culpa & facto ſuo deſtruit, qui debitum coniugale coniugi denegat. Unde dubium non eſt, quin pars innocens iuſtam diuortii cauſam allegare poſſit. Idem, quod de coniugalis debiti denegatione affirmaui, de malitioſa deſertione quoque profiteor. Adulterium facit, qui efficit, ut eſſentia matrimonii pereat: qui deſerit coniugem, eſſentiam matrimonii facto ſuo tollit, & quia ob hanc cauſam ſcriptura diuortio nihil contradicit, igitur licebit. Quando de eſſentia loquor, volo, ut ad eam non requiratur ſacramentalis qualitas, quippe quam ſupra validiſſimis argumentis matrimonio denegaui.

XLI.

Ratio mutui adiutorii nihil valet ad perpetuationem matrimonii.

An mutuum adiutorium coniugium perpetuet, cui alterutrius partis impotentia caſualis vitium eſſentiale intulit, ſupra quaeſitum eſt, ſed huic loco deciſio reſeruata fuit. De mutuo adiutorio multae circumferuntur, ſed incertae opiniones. Status ciuitatis, in quo viuimus, aliam & alienam a ſcripturae ſenſu ſignificationem voci attulit. Credimus, quando ſartoris uxor una cum marito veſtimenta conſuit, hoc eſſe mutuum adiutorium. De mutuo hocce adiutorio quid DEus praeceperit, quod finem hunc intenderit, me certe fugit: de ſola muliere dicitur, quod adiutrix eſſe debeat: adiuuare hominem debuit contra ſtimulorum naturalium incommoda, igitur ipſa adiutrix appellatur. Dixit Deus: *creſcite & multiplicamini.* Ecce adiutorium mutuum, quod coniugale eſt, quod contra ſtimulum naturae iuuat. Caetera officia humanitatis, quibus homo hominis & Chriſtianus proximi ſui felicitatem, commoda & fortunas promouere tenetur, hic non intelliguntur.

Eius-

Digitized by Google

Eiusmodi adiutorii obligatio manet inter perſonas, quamuis diuortii iure ex coniugio receſſerint. Non tamen obligat hoc adiutorium ad coniugium, alias omnium terrarum orbis mulierum obligatio erga omnes viros promiſcua eſſet ad mutuum adiutorium, & per hypotheſin quoque ad coniugium.

XLII.

Quando coniux vitae alterius inſidiatur: per vim maiorem eum compellit, ut fuga ſibi atque ſaluti ſuae conſulat. Fuga deditionem corporum tollit, & eſſentiam matrimonii deſtruit. Igitur adulterium facit, qui coniugem ſtructis vitae eius inſidiis in fugam coniicit. Adulterium alterius cauſam dat iuſto diuortio: licet igitur a coniuge eiusmodi diſcedere, poſtquam culpa tali matrimonium deſiit. Alias cauſas, iure naturae quoque non admittendas, magis adhuc per S. Scripturas excluſas eſſe puto. Credo, ſatis apparere, quod media via in hac tractatione de cauſis diuortii tentata ſit. Licentia, ſine omni ratione, cur liceat, vitium eſt: nullam rationem afferre alicuius rei, quae ratione non caret, imperitia eſt. E contrario ſonos ſolum ſequi, voces ſectari, ſenſum autem non percipere, brutorum eſt. Ad tyrannidem & ſaeuitiam ea conuertere velle, quae nequidem ſimilitudinem aliquam legis habent, inhumanum nimis eſt. Certius forte ex antecedentibus conſtabit, quibus de cauſis matrimonium ſoluere liceat. An vinculum quoque ſoluatur, iam videamus.

Adulterio aequipollent inſidiae capitales.

XLIII.

Hac equidem cura vacui eſſe poſſemus, niſi ius Canonicum hoc nobis negotium faceſſeret. Breui tamen laboris impendio omni hac difficultate defungi poterimus. Secundum naturam diuortium eiusmodi Canonicum prorſus eſt ignotum: quod enim naturaliter ſoluitur, vere, non imaginarie tollitur.

In dictis cauſis vinculum ſoluitur.

tur. Idem autem artificium ſimiliter in coniunctionibus obſeruamus adhibitum eſſe ab autoribus Iuris Canonici, quod hic in diſſolutionibus eorum deploramus, quaſi eos puduiſſet principii, cui non reſponderet finis. Quod ad initium matrimonii primum attinet, ſponſalia nempe, horum quaedam de futuro commenti ſunt, quae ſponſalia ſunt ſecundum eos, effectu autem non ſunt: unilateraliter enim ſolui poſſunt. Iam circa diuortia quoque ſpeciem ſeparatam adinuenerunt, quae diuortium eſt nominetenus, re ipſa nullum eſt. Ita a capite usque ad calcem mendoſa eſt doctrina canoniſtarum circa coniugum ius. Naturae dictata ita ſe habent: Eius rei vel negotii, quod ſolutum eſt nihil prorſus integri reſtare: alias non eſſe ſolutum: ſic matrimonii disiunctionem omne vinculum tollere, cuius adeo nullus amplius effectus, nulla vis eſſe poteſt: non entis nullas eſſe affectiones, nullas operationes: & quae ſimilia ſunt.

XLIV.

Sed & Scripturae S. ignota eſt diuortii alia ratio, quam quae matrimonii ipſum vinculum penitus tollit. Verba Th. X. recenſita matrimonii diſſolutionem minime prohibent, ſed cauſas inadaequatas improbant. Ab his cauſis, ad infirmandum matrimonium inhabilibus, excipit Saluator unam, eamque grauiſſimam & latiſſime patentem, nimirum ſcortationem. Quodſi ergo quis affirmare auſit: Chriſtum prohibuiſſe quoque grauiſſimas cauſas: certe ſcortatio nihilominus a prohibitione erit excepta, quae ideo grauiſſimis quibuscunque grauior erit. Si quis cauilletur: Chriſtum ſenſiſſe de ſeparatione coniugum ſaluo vinculo: conſideret, quaeſo, verba Saluatoris: ſi aliam duxit, moechatur: & qui dimisſam duxerit, moechatur: ſatis puto indicari, quale

le diuortium prohibeat Chriſtus : ob quas cauſas prohibeat, exceptio ſcortationis deſignat. Sed quae clariſſimam veritatis lucem tolerare non poterit noctua, tenebris ſuis gaudeat, quamdiu volet. Notum eſt, aſſerta noſtra communem vulgi offendere opinionem : quare inuidiam dictorum veritatis repetita demonſtratione diluere iteratis vicibus tentaui. Eadem enim ſupra probata ſtitimus Theſi XI. & XII. unde conſtat, his verbis diuortio quoad vinculum legem dici.

XLV.

Paulus Apoſtolus praeter adulterium diuertendi cauſam aliam non ſtatuit: neque tamen hanc ſuſtulit.

Neque Paulo Apoſtolo fas fuit aliud nobis Euangelium praedicare, quam Chriſtus ipſe praedicarat. Ipſe hoc profitetur in citatis ſupra locis. Propterea identidem de praeſcriptis ſuis monet : ut : *I. Corinth. VII. v. 6.* Hoc autem dico ſecundum indulgentiam, & non ſecundum imperium. *v. 12.* Caeteris ego dico, non Dominus. *v. 25.* De virginibus autem praeceptum Domini non habeo : conſilium autem do. *v. 35.* Hoc ad utilitatem veſtram dico, non ut laqueum vobis iniiciam. Hinc etiam ad praeceptum Domini prouocat, quando tale habet : ut : *v.* 10. citati capitis. Ipſe vero tali caſu aut nihil praecipit, aut idem repetit, quod a Domino accepit. Mirum igitur admodum eſt, auſos fuiſſe autores iuris Canonici eo licentiae procedere & genio ſuo tantum indulgere, ut contra expreſſam Apoſtoli proteſtationem : nolo vobis laqueum iniicere : tam anguſtis limitibus ſimul coarctarint cum libertatem nubendi, tum ius diuertendi. Monſtrabit autem tractatio Theſium ſuperiorum XIII. XIV, XV. usque ad XIX. nihil ex Apoſtoli dictis elici poſſe, quod ſuadeat, diuortium intelligi debere tale, quod

quod ſaluo nihilominus vinculo, & inuiſibili atque ſpirituali matrimonii copula fieri debet.

XLVI.

Epilogus dictorum de diuortio.

Supereſt, ut concludamus: quia neque naturalibus neque diuinis poſitiuis legibus compertum eſt, diuortium ſaluo vinculo fieri debere vel fieri poſſe, ſequi omnino, quod vinculi imaginaria religio nequaquam impedire debeat, quo minus penitus ſoluatur matrimonium, quod cauſa adulterii ſiue fornicationis disiungitur. Nihilominus tamen laqueum nobis iniicere non erubuit ius Canonum, cuius reliquias nimium adhuc craſſas ſimplici ſatis ſanctitate colimus. Nam Clerus Romanus ſibi minime iniquus eſſe potuit, dum duras matrimoniorum conditiones laicis ſolis propoſuit. Vidit facile, rubricam Digeſtorum ipſi non eſſe verendam: *Quod quisque iuris in alterum ſtatuit, ut eodem ipſe utatur*. Obſeruatu dignum eſt, ante annum Chriſti 223. diuortiorum libertatem adhuc illibatam fuiſſe, & hoc ipſo anno, cum Calixtus Clericis matrimonio interdixiſſet, *C. 6. c.* 28. *qu. I.* ſtatim immitius ius coepiſſe. Iuuit zelum virorum Eccleſiaſticorum Clerolatria Ivstiniani imp. *Nov.* 117. *c.* 10. *pr.* Succeſſit itaque in locum liciti diuortii ſeparatio illa quoad thorum & menſam, ut vulgo audit. De hac dicere non poteramus, antequam de diuortio diſquiſitum erat. Iam vero quibus caſibus diuertere coniugibus licet, iis omnino inuitis citra iniuriam obtrudi non poterit ſeparatio ſaluo vinculo: ex quibus autem circumſtantiis diuortium non permittitur, ex illis dicta ſeparatio concedi poterit, modo alia iuſta cauſa accedat: puta: Si iuſte quid facere vel cauere velint coniuges, vel alteruter coniugum, ad quod rite obeundum & euitandum praeſtet conſortio coniugali ad tempus carere.

XLVII.

Digitized by Google

XLVII.

Separationis definitio & regulae generales.

Tandem igitur de frequentata hodie ſeparatione quoad thorum & menſam agendum, cuius ius recenſuimus: iam vero iuſtitiam penſitabimus. Definio ſeparationem, quod ſit remiſſio debiti coniugalis per iudicis eccleſiaſtici ſententiam ad tempus facta, ob rationem maioris boni obtinendi vel maioris mali euitandi, quando diuortio locus non eſt. Coniugale debitum conſiſtit in deditione corporis & cohabitatione: remittitur itaque obligatio ad cohabitandum. Quoniam ex cauſa admittitur tale diuortium, iudicis cognitione opus eſt. Quoniam etiam cauſas has ius diuinum praecipue complectitur, iuris diuini peritis, id eſt, Clericis cognitio haec data fuit: praecipue per Concilii Tridentini Decretum, *Seſſ. IV. can. ult. de ſacramento matrim.* quod anathema dicit contrarium differentibus. Debent autem cauſae ita eſſe comparatae, ut maius bonum contineant, quam cohabitatio & debiti matrimonialis praeſtatio eſt: vel ut peius quid contineant, quam continentiae incommodum eſt, & ea etiam mala, quae inde ſequi ſolent. Quodſi tamen cauſa adeo ſit praeponderans, ut ſecundum ſupra demonſtrata diuortium liceat, certum eſt, diuortio prae ſeparatione locum concedendum eſſe: ne iniuria fiat partibus, divortium plerumque potius quam ſeparationem illam expetentibus.

XLVIII.

Quomodo ſeparatio differat a diuortio

Differt ſeparatio a diuortio praecipue in his, quod illa facilius permittatur, hoc difficilius. Difficultatis omnis ratio vinculum eſt, quem inuiſibilem nexum nobis plerumque falſo perſuademus. Inueteratum errorem hactenus retinuimus: omne enim quod antiquum eſt, religionem quaſi ſpirat, ita ut inuiolabile, immutabile atque ſacro-ſanctum videatur.

tur. E contrario in ſeparatione quoad contubernium coniugale nihil tale verendum aiunt. Doctrina haec, uti tutior, ita receptior & commendatior eſſe debet, modo caueatur, ne ſoluto per cauſam iuſtam matrimonio, dum vinculum ipſo iure iam euanuit, eius reuerentia partibus petentibus iuſtitia denegetur. Ex hoc conſequens eſt: non eſſe obtrudendam alicui coniugii perpetuationem, quando coniux impotentia laborat vel inhabilitate: per Th. XXVIII. & XXXIV. Quando error circa perſonam vel mores perſonae pudicos accidit: per Th. XXIX. & XXX. Quando ſpecies aliqua adulterii vel ſcortationis commiſſa eſt: per Th. XXXI. XXXII. Quando debitum coniugale conſtanter denegatur: Th. XXXIII. Quando coniux malitia alterius eſt deſertus: Th. XXXIV. Quando inſidiae vitae ſtructae, & capitales inimicitiae aequipollens deſertionis operantur: Th. XXXV.

XLIX.

Quoniam ſeparatio a thoro & menſa conceditur, quamuis vinculum inter coniuges adhuc intercedat conſequens eſt, quod in hoc a diuortio multum diſtet ſeparatio, quippe diuortio ſecuto, facultas nouarum nuptiarum conceditur ſeiunctis: ſeparatione autem facta alterius matrimonii licentia non datur, ſed animorum reconciliatio vel impedimenti cohabitationis remotio ſolum exſpectatur. Ita, qui ex cauſa ſaeuitiae & inſidiarum vitae ſeparati ſunt, in ſocietatem & contubernium redire coguntur, ſi appareat, ſaeuientem & inſidiatorem reſipuiſſe. Si pars altera metuat, cautionem exigunt, quae tamen parum valet ad indemniſationem occiſi. Haec ſecundum Ioach. a Bevst, qui in libello de matrimonio Cap X. tradit: Cauſam ſaeuitiae & inſidiarum

vitae

vitae ſolum operari ſeparationem a thoro & menſa. Compertum enim eſt, cautius & rectius agi in conſiſtoriis circa cauſam inſidiarum, coniugis vitae ſtructarum. CARPZ. *L.* 2. *tit.* 12. *def.* 211. *n. ult.* Quod propter hanc cauſam diuortium petenti denegandum haud ſit, ſupra ſatis oſtenſum fuit. Saeuitia quoque mariti, ſi furori non ſit abſimilis, diuortium operabitur, quia nihil intereſt, utrum dolo coniugis, an eius beſtiali rabie fugam alter capeſſere cogatur. Sed & hoc caſu non refragatur praxis conſiſtoriorum, quorum ſententiis utroque caſu matrimonium permittitur parti non continenti, ad euitandum ſcilicet ſcortationis peccatum. BEVST. *cit. l. c. XI.* Licet ab initio diuerſum quid ſtatuere videantur, uti deciſiones ſequentes monſtrant.

In geklagten Saevitien-Sachen O. V. W. H. D. V. B. Ehe-Frauen, Klägerin und Reconuentin an einem, wieder ietztgedachten ihren Ehe-Mann, beklagten und Reconuenienten an anderm Theil, geben die Königl. Preuſſ. zur Regierung und Conſiſtorio des Hertzogthums Magdeburg verordnete Stadthalter, Praeſident und Räthe, nach gepflogener Verhör, auch Durchſeh- und Erwegung der Acten, dieſen Beſcheid:

Daß die angebrachte Spolien-Klage, geſtalten Sachen nach nicht ſtatt hat, iedoch woferne Reconuenient binnen 4. Wochen beſcheinigen wird, daß unter denen weggebrachten Sachen einige, ſo ihm zuſtändig, mit begriffen, ſeynd ihm ſolche von der Reconventin

G billig

Digitized by Google

billig zu reſtituiren. Die Hauptſache betreffend, werden beyde Theile aus bewegenden Urſachen auf ein Jahr, von Tiſch und Bette ſepariret, und iſt die Reconuentin, dem Reconuenienten, die 1500. Rthlr. verſprochene Ehe-Gelder, vermöge der getroffenen Eheſtifftung, zu bezahlen, hingegen er ihr die alimenta zu praeſtiren ſchuldig; ſie könte und wolte dann, daß die Eheſtifftung vor der Ehe nicht, wie ſie lautet, verabredet, ſondern ſie zu derſelben Vollziehung nach der Ehe gezwungen worden, vorbehaltlich des Reconuenientens Gegen-Beweiſes, Eides-Delation, und anderer rechtlichen Nothdurfft, wie recht, erweiſen: ſo ergehet dieſerhalben ferner, was denen Rechten gemäß iſt. Was aber die gegen einander geklagten Saeuitien und Exceſſe belanget, darüber ſoll, wann ieder Theil eine deduction loco defenſionis binnen 14. Tagen, ſub poena praecluſionis, ad Acta gebracht haben wird, auswärtig rechtlich erkant werden.

Rationes ſeparationis quoad thorum & menſam.

Nach Auſſage der abgehörten Zeugen, iſt zwiſchen beyden Eheleuten die gantze Zeit, ſeiter der Ehelichen Copulation, continuirlich Zanck und Streit geweſen, keines hat dem andern ein gut Wort gegeben, ſondern die Frau dem Manne ſowohl,

wohl, als dieſer jener, welche viele Jahre älter, als er, mit den hefftigſten Schelt-Worten ohne Unterlaß begegnet, ſtetig ſie ſich theils braun und blau geſchlagen, und öfters verwundet, auch ſonſt alles Hertzeleid einander allewege angethan, und keines bey einander ſeines Lebens ſicher geweſen, ja beyde einander offte den Todt gedräuet: keine Vereinigung aber, wie ſehr ſie auch verſuchet, bey ſich ſtatt finden laſſen wollen. Weshalb Commiſſion zur Unterſuchung der Saevitien und Exceſſe angeordnet, und darauf die Separation von Tiſche und Bette erkandt werden müſſen.

Vorſtehender Abſchied iſt auf von beyden Theilen eingewandte Leuterungen, folgender maſſen confirmiret:

Daß es, beyderſeits eingewandter Leuterung ungeachtet, bey dem am 10. Jun. vorigen Jahres ertheilten Abſchiede billig verbleibet, iedoch, ſo viel der Klägerin und Reconventin Leuterung betrifft, mit der Erklärung, daß derſelben nebſt dem, daß ſie zu Vollziehung der Ehe-Beredung gezwungen worden, auch die übrigen Mängel, ſo ſich bey beſagter Ehe-Beredung befinden, zu erweiſen unbenommen, ſie auch die 1500. Rthlr. Ehe-Gelder, nebſt davon gefälligen Intereſſen eher nicht, als biß Beklagter und Reconvenient ihr dießfalls hinlängliche Sicherung gemachet, an ihm zu bezahlen ſchuldig, und ſeynd im übrigen beyderſeits die auf 18. Rthlr. 16. Gr. gemäßigte Commiſſions-Koſten, iedes zu gleichen Theilen abzutragen pflichtig, von Rechts wegen.

Digitized by Google

Rationes Decidendi.

Obwohl was Beklagtens und Reconuenientens Leuterung betrifft, 1.) die Erlegung derer Succumbenz Gelder, welche den 5ten Sept. abgewichenen Jahres geſchehen ſollen, erſt den 7. Octobr. erfolget, und um deßwillen die Leuterung vor erloſchen geachtet werden möchte, auch quoad materialia 2.) nicht ohne, daß die Spolien-Klage insgemein auf den Canonem Redintegranda 3. cauſ. 3. qu. 1. gegründet zu werden pflege, quia cum omnibus aliis remediis poſſeſſoriis concurrere cenſetur

MARANTA *de Ord. iud. P. 4. diſt. 7. No. 50.*

aus dieſen aber die Rechts-Lehrer zu behaupten ſuchen, quod qualitercunque & quomodocunque quis iniuſte priuatus ſit poſſeſſione rei & ad quascunque perſonas peruenerit, ſiue fuerit bonae fidei, ſiue malae fidei poſſeſſor, ante omnia ſpoliato reſtitui debeat poſſeſſio,

IO. PETR. FERRAR. *in prax. t. 25. n. 7.*

Neque domino tantum, ſed etiam uſufructuario hoc concedendum eſſe remedium.

GRATIAN. *Diſc. forenſ. c. 311.*

Und dann 3.) dem Ehe-Manne, wann gleich die Scheidung zu Tiſch und Bette erfolget, ſo wenig der Genieß-Brauch, als Poſſeſſ deſſen, was ihm das Weib zugebracht, zu entziehen.

CARPZ. *P. 3. C. 26. def. 18. & P. 3. dec. 291. n. 17.*

Si

Si vel maxime culpa mariti occaſionem ſeparationi dedit

Strykivs *Vſ. Mod. Pand. t. de Diuort.* §. 67.

dahero daß vor allen Dingen Beklagten und Reconuenienten die aus deſſen Hauſe hinweggenommene Sachen in ſeine Gewahrſam wieder zu lieffern, es das Anſehen gewinnet, nicht minder 4.) in dem Fall, da das Weib ſelbſt Urſache zur Separation giebt, der Ehe-Mann ihr den Unterhalt zu reichen nicht verbunden,

Carpz. *Iur. Conſ. L.* 2. *def.* 213. *n.* 7.

gleichwohl wie ferne Beklagter oder Klägerin ſich hierinnen vergangen, noch zur Zeit nicht ausgemacht iſt, und endlich kein Zweiffel, das nebſt denen verſprochenen Ehe-Geldern, auch das intereſſe morae, von Zeit der getroffenen Ehe, mit zu entrichten ſey, hiernechſt der Klägerin und Reconventin Leuterung anlangend, 5.) auſſer dem, daß ſie zu Vollziehung der Eheſtifftung nach der Ehe gezwungen worden, noch andere Fehler mehr angegeben ſeyn, deren Darthuung derſelben nicht abzuſchneiden, auch 6.) weil der vorgeſchützte Zwang ſo beſchaffen, daß ohne des Beklagtens Gewiſſens-Rührung ſolcher ſchwerlich dargethan werden mag, Klägerin und Reconuentin unter andern Beweißmitteln auch der Eides-Delation ſich zu gebrauchen erlaubet zu ſeyn ſcheinet, bevorab Beklagten und Reconuenienten ein gleichmäſſiges in ſententia ausdrücklich vorbehalten wor-

den, dahingegen 7.) über die von der Klägerin und Reconuentin auf das Gut N. N. einmahl angenommene Verſicherung, noch eine andere Caution ihr zu zuerkennen, ſo wohl 8.) daß, nebſt denen alimentis auch eine beſondere Wohnung ihr zu verſchaffen ſey, dahero bedencklich ſcheinet, weil die Sonderung von Tiſch und Bette, nicht eben die Abſonderung der Wohnung nach ſich ziehet, auch die Beſorgung des Unterhalts von Beklagten und Reconuenienten leichter in ſeinem, als in einem andern Hauſe geſchehen mag.

Dennoch aber und dieweil 1.) die Erlegung der Succumbenz-Gelder würcklich geſchehen, und ſolche von Iudice angenommen, mithin die hierzu erbetene Friſt ipſo facto erlängert worden, geſtalt dergleichen zu verſtatten ab arbitrio iudicis lediglich dependiret. So viel aber die Sache an ſich betrifft 2.) eine auf vorhergehende Unterſuchung von der Obrigkeit angeordnete exmiſſion vor kein ſpolium geachtet, noch daraus das remedium ex cap. Redintegranda angeſtellet werden mag, quandoquidem illis tantum remedium hoc prodeſt, qui iniuſte poſſeſſione ſua exciderunt d. can ibi: per quascunque iniuſtas cauſas, non vero his, qui ipſimet iuſtam cauſam ſe ſpoliandi praeſtiterunt:

Menoch. *Rec. poſſ. Rem.* 15. *No.* 96.

Vel culpa & facto ſuo poſſeſſione exciderunt,

M. A. de Amatis *dec.* 40. *n.* 13.

Und dann Beklagter und Reconuenient, indem er

er ſo viel an ihn fol. 11. 15. 16. und 24. ergangene Verordnungen hindan geſetzet, zu der fol. 43. endlich decretirten exmiſſion ſelbſt Urſache gegeben, auch 3.) die wenige Stücke und Mobilien, welche auf Obrigkeitlichen Befehl der Klägerin und Reconuentin ausgehändiget worden, ſo beſchaffen, daß ſie theils bey dem marito in Gefahr mißbrauchet zu werden, geſtanden, theils keine fructus abwerffen, theils die Klägerin ſolche nicht entrathen können, in welchem Fall deren Herausgebung denen Rechten allerdings gemäß,

Nicol. *de Repud. P. 2. C. 5. n. 68. ibi :*

Und Beklagter Klägerin ihren Kleider-Schmuck, und andere eigenthümliche Mobilia ſo fort abſolgen zu laſſen, verbunden.

Uber dies 4.) dem marito ein gewiſſes pro dote ausgeſetzet worden, dahero das übrige, ſo die Klägerin in ihrer Verwahrung behalten, vor Parephernalien zu achten, deren Genuſſes ſich der Ehe-Mann nach gemeinen Rechten ohnedem nicht zu erfreuen hätte; dieſemnächſt 5.) aus denen eidlichen Zeugen-Ausſagen ſo viel wahrzunehmen, daß, wenn nicht Beklagter an dieſer Separation alleine Urſache hat, wenigſtens deſſen Schuld ſehr mercklich mit unterlaufft, er auch 6.) der Klägerin den Unterhalt zu verſchaffen, ſich ſo viel weniger entbrechen mag, da er von denen 1500. Rthlr. Dotal-Geldern die jährlichen Zinſen zu gewinnen ſuchet.

Vid. de Lyncker. *dec.* 1345. *in fin.*

welche 7.) Klägerin gegen Reichung des Unter-

halts,

halts, ihme willig zugeſtehet dahingegen, wenn ſich künfftig finden ſolte, daß Beklagter an der Separation alleine Urſach, er ſich auch des dotis würde zu verzeihen haben, maritus enim cauſam praebens ſeparationi, amittit ius fruendi dote ceterisque bonis,

BRVNNEM. *Iur. Eccleſ. L.* 2. *c.* 17. §. 32.
de LYNCKER. *dec* 947.

Ferner, ſo viel der Klägerin Leuterungs-Grauamina betrifft 8.) ihr zwar nicht zu verwehren, daß ſie, nebſt den zur Unterſchreibung der Eheſtifftung gebrauchten Zwange, auch die anderen darinnen befindliche Mängel erweiſen möge, da hingegen aber 9.) der Eides-Delation ſich darbey zu bedienen ihr nunmehro, nachdem Beklagter, und Wieder-Kläger auf die vorgeſchützte Ecceptiones allbereit geantwortet, die angezogene Magdeb. Proceß-Ordn. nicht geſtattet, auch dißfalls unter der Klägerin und dem Wieder-Kläger, ratione ſeines zuführenden Gegen-Beweiſes, ein mercklicher Unterſchied iſt. Hiernechſt 10.) wenn gleich die Eheberedung ihres übrigens Inhalts wegen beſtehen ſolte, dennoch auf die Sicherheit der Klägerin ratione dotis in alle Wege zu ſehen, alldieweil in deren Ermangelung auch noch währender Ehe, die Ehe-Gelder, nebſt andern eingebrachten, wieder zurück gefordert werden mögen.

L. 29. *C. de iure dot.*

Endlich 11.) die Wohnung zum Unterhalt mit gehöret, und wann beyde Theile in einem Hauſe ſich

befin-

befinden ſolten, dadurch nicht nur der beſorglichen Gefahr in keine Wege abgeholffen, ſondern auch zu mehrerern Streit Gelegenheit daraus erwachſen würde.

STRYK. *Vſ. mod Pand. t. de Diuort.* §. 67.

und ſchließlich die angeordnete Commiſſion beyder Theile eingegebene Beſchwerung zu unterſuchen gehabt, dahero auch beyde zugleich die Koſten abzutragen verbunden:

So iſt; wie im Urtheil enthalten, billich erkant.

L.

Proxima ſaeuitiae cauſa ſunt inimicitiae capitales: ita vult *C.* 8. *v. ſi autem X. de reſtit. ſpoliat.* CARPZ. *I. C. L.* 2. *deciſ.* 201. *n.* 215. HAHN. ad WESENBEC. *tit. de diuort. n.* 8. Puto tamen contra iuris rationem hoc receptum eſſe: ſiquidem ſeparatio a thoro & menſa adinuenta dicitur, aut a noſtratibus potius eum in finem quaſi adoptata, ut reconciliatio exſpectetur. Inimicitias capitales ſi dicis, omnino implacabiles dicis. Quodſi ergo doctrina noſtra aliquid utilitatis habere debet, oportet, ut nunquam conſtet de inimicitiis, utrum ſint capitales, nec ne: ſi enim ex certis indiciis demonſtrabile eſt, oriri interdum inimicitias nunquam placandas, fruſtra tentabitur remedium ſedandae irae, quale eſt dicta ſeparatio. Cum e contrario verum & euictum ſit ob inimicitias capitales, diuortium quoad vinculum omnino licere, hoc potius admittendum erit, ſeparatio vero repudianda, ne iniuria fiat partibus. Prius tamen, quam ad diuortium totale perueniatur, ſeparatio tantum permitti ſolet. Ita pronunciarunt Dn. Magdeburgenſes: Quid ſeparationis remedium proficiat in cauſa inimicitiarum capitalium.

In Sachen N. N. Klägerin an einem, wider ihren

Digitized by Google

ren Ehemann, C. W. Beklagten am andern Theil, geben die Königl. Preuſſ. zur Regierung und Conſiſtorio des Hertzogthums Magdeburg verordnete Stadthalter, Praeſident und Räthe, auf entſtandene Güte, nach Durchſeh- und Erwegung der Acten, dieſen Beſcheid:

Daß geſtalten Sachen nach, die Klägerin von dem Beklagten wegen der wieder ſie verübten Saeuitien, auf ein Jahr und ſo lange, biß ſie ſich wieder verſöhnen, von Tiſch und Bette zu ſcheiden, immaſſen ſie dann hierdurch in ſo weit geſchieden werden. Wolte nun im übrigen die Klägerin nicht acquieſciren, und wegen des ihr von dem Kläger wiederfahrnen harten Tractaments und der ihr entwendeten Sachen Satisfaction verlangen, ſo hat ſie ſolches, da er ein Soldat worden, bey ſeinem commandirenden Officier zu ſuchen.

Rationes Separationis.

Beklagter hat, Inhalts beygebrachtes Zeugniſſes, niemahls gegen Klägerin, welche bereits bey hohen Alter, eine eheliche Liebe und Beywohnung, ſondern lauter Wiederwillen und auerſion bezeuget, auch ſich gar von ihr weg in ein ander Haus begeben; und unterſchiedene mahl zu ihr gekommen, ſie nicht allein mit den hefftigſten und empfindlichſten iniurien geſcholten, ſondern auch jämmerlich braun und blau geprügelt, beyn Haaren in der

Stu-

Digitized by Google

Stuben herum getrecket, ſie zu erwürgen getrachtet, ja offte, theils mit Schweren und Verfluchung, ſich vermeſſen ſie zu ermorden: ihre Freunde, ſo ihr zu Hülffe gekommen, gleichfalls übel tractiret und zu prügeln getrachtet, daß ſie ſo wohl als die Klägerin aus ihrem Hauſe ſich reteriren müſſen. Einſten, da er auch ins Haus gekommen und die Klägerin ſo übel tractiret, daß da ſie durch Hülffe der Miethleute aus ſeinen Händen endlich gerettet, und aus dem Hauſe geflohen, er durch beſtellte Leute ihre Betten und Kaſten voll Geräthe aus ihrem Hauſe wegtragen laſſen. Alle ſo wohl durch die Geiſtlichen, als durch vom Conſiſtorio angeordnete Commiſſion verſuchte Verſöhnung, ja auch der Obrigkeit Verbot nichts bey ihm verfangen wollen, ſondern er nach, wie vor, ihr mitgeſpielet, daß die Scheidung von Tiſch und Bette erkant werden müſſen.

Er hat hierauf diuortium totale geſuchet aus Urſache: weil zwiſchen ihm und ihr nimmermehr eine Verſöhnung zu treffen, wegen ihres Alters finis primarius matrimonii ceſſire, er auch concubitum noch nie mit ihr gepflogen, er als ein junger Mann ohne Gehülfin nicht ſeyn könne, und was dergleichen mehr; es iſt aber nach gepflogener Verhör den 11. Dec. 1725. verabſchiedet: daß ſein Suchen, geſtalten Sachen nach, nicht ſtatt hat.

Placet vero RICHTERVS, qui de uxore decoctrice & bonorum mariti prodiga tradit, ſeparari hanc debere: quod tamen ratione inſidiarum, honori mariti ſtructarum docet, non videtur conuenire iuri nec rationi,

quia ſeparata propter ipſam ſeparationem & taedium ſolitudinis in honorem mariti iniuria eſſe praeſumitur. Carpzov. *Def.* 209.

LI.

Quam dura ſit eius denegatio in cauſa furoris.

Nusquam magis hallucinatos crediderim Doctores noſtrae doctrinae, quam quum coniugem furioſi diuino atque naturali iure carere iubent, obtentu vaniſſimae ratiunculae : humanius nihil eſſe aut indiuiduae coniugis fidei conuenientius, quam coniuges cuiuscunque caſus & fortunae participes eſſe. *L.* 8. *ff. de his, qui ſui. L.* 22. §. 7. *ff. ſol. matr.* Iureconſultum non decet de virtute ſed de obligatione pronunciare. Duriſſimum eſt praeiudicium a Carpzovio *Iuris. For. P. IV. Conſt.* 10. *D.* 11. relatum : Ob wohl T. S. nunmehr ins fünfte Jahr mit Wahnſinnigkeit dermaſſen beladen geweſen, und noch iſt, daß man ihn mit Ketten und Banden verwahren müſſen, ꝛc. ſo hat doch die geſuchte Separation und Abſonderung, beydes der Ehe, als auch der Güther, unter den Eheleuten noch zur Zeit nicht ſtatt. Iniquitatem quilibet capiet, qui Theſ. XXXIV, & XLI. capit. Omnino tamen iniuria indignior adhuc videtur ratio a laudato modo autore *n.* 8. allata, quae ita ſe habet, ut nemo non videat, eam eſſe emendicatam & palliandae iniquitati iuris canonici comparatam : quippe ex qua facile quis in errorem delabi poterit, nec ſeparationem a conſortio & contubernio moleſto pariter atque periculoſo licere.

LII.

Itemque in cauſa morbi incurabilis contagioſi.

Certum apertumque ſibi perſuadet Bardili *Diſqu. de ſeparat. Cohab.* §. *XIX.* morbi contagioſi incurabilis cauſam non ſufficere ad ipſum diuortium, ſed ad ſolam ſeparationem. Qui contrarium certum apertumue videre auet, adeat Theſin noſtram citatam XXXIV. iuncta XLI. Quicquid ad colorandam opinionem adducitur, mutuum adiutorium & obligationem

nem ad omnis fortunae patientiam ſonat. Quidſi propter deditionem corporum omnem caſum commmunem inter ſe fore, conſentiant coniuges : nonne caſus iſte erit exceptus, qui corporum communicationem tollit? ſed ita puto : quod enim malum propter aliquod bonum contemno, hoc grauiter fero, ſi eius patientia bonum iſtud non obtineo. Rectius tamen de carentia debiti coniugalis ſentitur, ſi culpa vel dolo coniugis acciderit. Ita pronunciatum Theologorum Ienenſium apud Richterum in Conſiliis habes. Will ſie aber bey ihrem böſen Beginnen verharren, und zu ehelicher Beywohnung ſich nicht bewegen laſſen, ſo wäre ſie mit Gefängnüß ſo lange zu belegen, biß ſie ſich zur Schuldigkeit bequemete : oder da ſie auch durch dieſes Zwang-Mittel nicht zu gewinnen ſeyn würde, ſo würde ſie als deſertrix coniugii zu halten ſeyn.

LIII.

Hactenus ita de ſeparationis cauſis actum eſt, ut magis oſtenſum ſit, quibus caſibus perperam adhibeatur quam quibus circumſtantiis iuſte admittatur. Criminabuntur igitur receptarum opinionum patroni, nos deſtruere doctrinam, quam vario nouaturientium impetu labefactatam erectum iri putabant. Dolemus horum & ipſius doctrinae vices: doctrinae quidem, quod tot laboret vitiis : illorum autem, quod talia non videant. Ne tamen omni eorum gratia excidam, concedo, partibus conſentientibus ubique ſeparationi locum eſſe, etiam in caſibus modo recenſitis, & in aliis quibuscunque. accedat tamen, neceſſe eſt, cauſa maioris mali euitandi, vel maioris boni obtinendi. Ob furtum uxoris vel mariti diuortium recte denegatur: ſeparatio vero conceditur. Furto huic aequipollere dolum uxoris forſan vult RICHTERVS quando dotem promiſſam inferre recuſat. Alii neque ob furtum neque ob dolum uxoris allegatum ſeparationem concedendam eſſe putant, propter prohibitionem *c. 2. X. de diuort.* ubi more ſolito de nuda ſeparatione agitur.

Quoties diuortium licitum eſt, ſeparatio magis licita eſt, ſi hanc malint partes.

LIV.

Furtum eſt cauſa ſeparationis.

Quia ſeparatio indiſtincte dictari ſolet iniqua interdum eſt.

Dictam ſeparationem remedium eſſe, definitio eius docet. CARPZ. *L. II. t. 12. D. 26. n. 4. I. E.* Remedium autem imprudens dicitur, quod fini ſuo non eſt aptum. Igitur de ſeparatione, uti hodie eſt, quaedam videamus. Omnium incommodorum, ex doctrina noſtra reſultantium, originem eſſe credo, quod dum eam confingerent viri Eccleſiaſtici, exemplo CHRISTI & Apoſtoli PAVLI haud diſtinxerint perſonarum qualitates. Hoc tamen facere debebant. Ait enim CHRISTVS: Uxorem non diſcedere debere a marito: Quodſi eius naturae & qualitati non conueniat, ut maneat? Diſcedere poterit, modo maneat innupta: Quodſi continentiam ſeruare nequeat: Reconciletur viro. Obiiciunt Diſcipuli: Non expedit uxorem ducere. Reſpondet Chriſtus: Neque hoc verbum quilibet capit, qui autem capit, capiat. Quanto haec eſt circumſpectio & diuerſorum caſuum ſeparata tractatio! Eodem cautionis modo PAVLVS utitur, identidem indigitans, quemlibet ita ſe gerere debere, quemadmodum DEVS ipſi dedit, eumque vocauit habitu naturae & corporis ſui *I. Corinth. VII, v. 15. & 17.* Ea de cauſa probanda admodum venit diſtinctio: utrum ſeparata perſona ſe continere non poſſit, an vero poſſit, licet diſtinctio hodie rideri ſoleat. Nam qui non continentem natura caſtitatem ſeruare iuſſerit, idem faciet, ac ſi lapidi ex alto proiecto imperauerit, ne deſcendat. Ita vero doctrinae vitioſae ſubueniendum erat olim: retineri debeat ſeparatio & diuortium duriſſime denegari, ne impuritatem turpiſſimam incuſarent ſacramentarii: iniuriam autem denegatae iuſtitiae remedio diſtinctionis iterum mitigare oportebat.

LV.

Interdum informat diuortium,

Ad magiſtratum Eccleſiaſticum pertinet notio ſeparationis, cuius etiam autoritate & ſententia ſolum rite permitti poteſt.

Digitized by Google

poteſt. Inconuenienter admodum rebus ſic ſtantibus mihi videntur diuortium ob quasdam cauſas non permittere Conſiſtoria, quod tamen ipſa ſua ſeparatione informant, & efficiunt, ut, quod ante permitti poſſe negabant, iam permittere cogantur, praecipue quod contra factum ſuum venire ſine rubore non poſſint. Fingamus caſum: exortas eſſe inter coniuges inimicitias, non manifeſto capitales, nec tamen contemnendas. Uxor pariter atqe maritus diuortium petunt: ſequitur ſeparatio, quia nondum apparet iudici Eccleſiaſtico infenſos adeo ſibi eſſe animos coniugum, ut ad caedem & peius quiduis proceſſuri ſint. Exſpectatur, donec redeant in gratiam: maritus non vult reconciliari: uxor matrimonio carere nequit, ergo accuſat maritum, ut deſertorem coniugii, & id ipſum eſt, quod maritus tam diu praeſtolatur: patitur ſententiam contumaciae: permittitur uxori ad ſecundum vota tranſire. Iam aſtutus maritus minitationibus propinqui & ineuitabilis peccati conſcientias Conſiſtorialium pulſat: ait ſententia ſua effecturos, ut ſtuprum committere cogatur. Itaque, ne imputatione alieni peccati conſcientias ſuas onerent, marito quoque permittent nuptias. Diuortium vero ob ſententiam ſeparationis ſecutum, cur iuſtius eſt altero, quod ob cauſam inimicitiarum petebatur? quod abarcere debebat.

LVI.

Quod in diuortii cauſa ad aequitatis rationem reſpicere non neceſſe habuerint Clerici, ſupra monuimus, iam vero iniquitatem ipſam videamus, eiusque aliquod egregium ſpecimen contemplemur. Eſt naturalis quaedam turpitudo eorum, qui vitiatam ab alio ducunt. Nam qui in uxore honeſtatem & integritatem morum ſpernit, ille nec in ſeipſo eam magnifaciet: quae morum leuitas homini maculam quandam adſpergit. Non minor eſt infamia eius, qui uxorem adulteram retinet: imo adulterii patientia lenocinium mariti arguit, cuius notam ut euitet, ad diuortium quantocius conuolare debet. Doctrinam integram retinuerunt Cano- Iniquitas ſeparationis in cauſa adulterii dictatae.

Digitized by Google

Canones atque Doctores; inficiationi enim locus non eſt. Ita S. AVGVSTINVS ad POLLENTIVM : *Non ſolum moechatio illius. quae carnem ſuam coinquinat ; ſed etiam quae ſimulacrum facit, moechatur. Quodſi in his factis perſeuerat, & poenitentiam non agit, recede ab illa, & noli viuere cum illa.* C. 6. c. XXVIII. Qu. I. *Sicut crudelis eſt & iniquus qui caſtam dimittit : ſic fatuus eſt & iniuſtus, qui retinet meretricem. Nam patronus turpitudinis eius eſt, qui crimen celat uxoris.* c. 1. 6. 31. qu. I. FLAMINEVS de RVBEIS *de adulteriis.* C. IX. n. 7. & 11. *Si maritus uxorem adulteram non accuſet, eius voluntate commiſſum cenſetur adulterium, Ducens vel reducens adulterio damnatam, tenetur lenocinii : quodſi deprehenſam in adulterio retinet, ut leno punietur.* L. 2. §. 2. L. 29. ff. ad L. Iul. de adult. Eiusmodi doctrinam fouent Canoniſtae, nihilominus tamen non dubitant, inuita lege diuina & naturali dictitare: matrimonium ex cauſa quoque adulterii non ſolui. Recedendum eſt marito ab uxore adultera : ſeipſum matrimonio mulctare debet: coniugio carere, quod infortunio magnoque malo ſuo in malam inciderit uxorem. Si mutuo adiutorio carere non poſſit, ad preces & fidei remedium recurrere iubetur, Qua tamen fide a Chriſto continentiam & qualitates corporis impetraturum ſeſe ſperabit, quem dixiſſe nouit: *non quilibet capit verbum hoc?* de abſtinentia autem ipſa dictum eſt. Qua fiducia immutationem ab eo precabitur, quem per PAVLVM Apoſtolum pronunciaſſe didicit : Quilibet ita ſe gerat, quemadmodum Deus ipſi dedit. Non enim dicit: quemadmodum Deum ad preces ſuas daturum confidit.

LVII.

De remiſſione poenae adulterii poſt ſeparationem

Aliud ſeparationis ſolitae incommodum obſeruare licet quando conſideramus, quod per ſeparationem iſtam, eiusque in locum diuortii arrogationem, occaſio peccandi ſeparatis praebeatur, Exaudio quidem quaſi reſponſionem :

Digitized by Google

nem: peccato non parari materiam ſententia ſeparationis, quae remittit debitum coniugum particulare, ſaluo tamen debito Chriſtiani hominis uniuerſali, omnibus incumbenti. Non tamen poſſum impedire, quo minus dubium mihi oriatur ex ipſa mitigatione poenae, ſi quando contigerit ſeparatos eiusmodi ſcortationis conuinci. Nam ordinarie hos puniri debere negat Conſiſtorialium coryphaeus CARPZOVIVS *P. II. dec* 180. *Prax. crim. P. II. qu.* 61. *n.* 53. Add. Io. a FELDE *Elem. Iur. uniu. P. II. art* 13. *p.* 290. Si absque culpa ſententiae & ſine occaſione iuris deliquit ſeparatus, quid obſtat, quin ordinarie puniatur? ſententia, quae ſecundum matrimonium denegat ſeparatio, crimen adulterii praecauere auet: ſi hoc nihilominus acciderit, quod fieri duriſſime vetat, mitiſſime punit. Aut ideo forte poenae gradus remittitur, ne iudici erubeſcendum ſit, quod diuortii iniqua denegatione matrimonio iuſto repugnauerit, ſtupro vero viam aperuerit. Sed ita rerum natura comparatum eſt, ut admiſſo uno abſurdo, totum abſurdorum trahatur agmen, ita ut extricationi amplius locus non ſit, ſed quaquauerſum te vertas, incommodo premaris. commiſſ.

LVIII.

Separatio quoque remedium eſſe debet redintegrandi amoris & matrimonii. Speratur enim, deferuituram iram: remiſſuram ſuſpicionem: redituram fiduciam & coniunctionis cupidinem. Sed haud raro datur, quod exoptabant ſubſeſſores labefactati matrimonii & amicae & quae huius furfuris ſunt. Quando igitur per ſeparationis ſententiam horum liberioribus indulgetur conciliabulis, peſſima quaeque contra matrimonium decernuntur, & loco ſperatae reconciliationis, diſſidiis & pertinaciae partis nocentis imprudenter fauetur. Cauſam hanc eſſe reor, propter quam vix centeſimae nuptiae, ſeparatione diremtae, iterum coaleſcunt. Partes enim, quae ſerio diuortium cupiunt, in id principium redire omnino cauebunt, unde difficilius ſeſe emerſuras prae- Rariſſime ad reconciliationem ſeparatio valet.

 uident.

Digitized by Google

uident. Credo autem omnem ſententiam ſeparationis ad petitionem diuortii emanaſſe: petentem autem diuortium idem ſerio poſtulaſſe. Poſtquam autem hic viderit aegre adeo obtineri poſſe ſeparationem, a qua vix ac ne vix quidem ad diuortium datur progreſſus, non puto quemquam tam ſtultum fore, ut duplicatis impenſis atque ſollicitudinibus ab eodem moleſto ſocio liberari cupiat, quo iam vacuus eſt.

Cauſae aliquot ſeparationis.

His ita perquiſitis, & quod viderem, parum tute applicari poſſe remedium ſeparationis huius, finem meditatis meis imponere meditabar: applicationem regularum mearum aut aliis relicturus, qui ſagacitate ſua periculum imprudentiae cauere poſſunt, aut nudis eruditorum ſpeculationibus dicta conſecraturus. Interim tamen encauſto frontiſpicii conſpicuus libellus iuſtam & minio ſuo dignam menſuram nondum videbatur attigiſſe: & aliquid addendum erat complementi, quod, unde deſumerem, nihil videbam dignius aut conuenientius, quam caſuum quorundam ſpecimen, in quibus dictarum regularum uſus aliquatenus commonſtraretur. Effugere igitur nullo modo potui paragraphi huius habitum, ad praecedentes prorſus incommenſurabilem, neplures numeros contineret opuſculum quam ſyllabus comminiſcitur.

Mores intolerabiles.

De moribus intolerabilibus ſupra fuit actum. Demonſtrauimus pro ingenii modulo, diuortium non eſſe admittendum, ſi mores intolerabiles coniux forte cauſari velit. Hic loci probabimus, ſeparationem iuſte ad mitti poſſe ob morum tantam ſorditiem & turpitudinem, quam non abhorrere non poſſit coniux. Primum quidem videndum eſt, quod ſine ſtultitiae nota ſeparatio ex hac cauſa locum habere queat. Coniux ob nauſeam morum alterius diſcedere cupiens, ſecum bene reputare debebit, an praeſtet coniuge carere, quam mores tolerare. Si potius, naturae ſtimulos ſuſtinere volet, quam morum quotidianam offenſionem, ſua lege ſepara

paratur. Quodſi adulterii crimen perpetret, idem forte commiſiſſet. licet ſeparatio non accidiſſet. Iam vero poenam nulla temperare debet mitigatio: aut enim ſi ſe continere non potuit pars diuertens, in matrimonio manere & potius mores perferre debuiſſet, quam diſcedere; aut in matrimonium redire conuenientius fuiſſet, quod omnino integrum ipſi fuerat. Igitur mitigationis ratio hic non apparet. Ab altera parte adulterium, propter carentiam coniugis, ſententia Conſiſtorii ſeparatae, fucum nullum inuenit, eapropter quod mores corrigere potuiſſet & debuiſſet. Si bonum eſt deditione corporum frui, certe vecordia inſignis eſt, propter eiusmodi bonum leuem ſui ipſius correctionem ſuſcipere nolle, quae peruicacia animaduerſione omnino digna videtur. Dubium non eſt, quin prudenter ſeparari queant coniuges ex cauſa morum intolerabilium: quod iuſte ſeparari poſſint, ob ſequentes rationes perſuaſum habeo. Primo loco ob euitandum maius malum ſeparatio dicta locum habebit. Quotidianae offenſiones coniugii faſtidium in dies augent, & mores ſemel exoſi, omne, quod alias gratum foret, moleſtia quadam inficit. Tortor quotidianus facilead deſperationem adigere valet. Ne igitur ob continuas leuiſſimae offenſiones, ſola perpetuatione graues, grauiſſimum producant facinus, quod fortunae magis tribueres quam facto hominis: iuſtius eſt praeuenire euentum, quam factum deplorare, Secundo loco, ſatietas morum parum probatorum abſentia coniugum multum corrigitur. Obliuiſcitur coniux delicatulus offenſionis, aut ad minimum viua imagine ruſticitatis non adeo afficitur & irritatur, ſi oculis ipſis eam non videt. Senſus cuiusque rei plus valet quam eius recordatio. Ita ſpes eſt, fore ut reconcilietur offenſus, & ut corrigatur offendens. Nihil ergo iuſtius ſeparatione in caſu morum intolerabilium, praecipue, quia non imprudenter adhiberi poteſt.

Ad mores intolerabiles, non tamen opinione coniugis inquam ipſo iure tales, refero atheos impiosque ſermones, blas- **Athei impiique ſermones.**

blaſphemias omneſque actus, qui bonos mores & pietatem corrumpunt. Hos melius intolerandos vocaueris quam intolerabiles. Monitu opus non eſt, de moribus hiſce ipſo iure non tolerandis omnia valere debere, quae modo dicta ſunt. Sed ea religioſius adhuc obſeruanda eſſe cenſeo. Geminatam quaſi ad tempus diuertendi cauſam praebent impietates. Primo, parcendum & ſubueniendum eſt piis & innocentibus moribus, ne conſuetudine prauitatis pietatem paulatim parui habere, poſtmodum malitiam addiſcere incipiant. Nam mira conſuetudinis vis eſt. Deinde quoque, quo quis melior eſt, eo minus cruciatibus indignis addicendus erit: ſed liberari debebit coniuge, donec ſe corrigat.

Prodigalitas.

Prodigalitatem coniugis inſanam reliquis hiſce moribus accenſere poſſumus, vinoſa mulier neque ſtanno, neque cupro parcit: maritus decoctor ſuppellectilis quoque prauus eſt diſpenſator. Mulier, quamdiu cum viro tali viuit fere nuda incedere cogitur. Si veſtimanta ſua ſalua eſſe cupit, oportet, ut ipſa emigret, ſarcinulaſque colligat. Quam diu manet, vinoſus homo per tabernas & lupanaria vagatur & bona mulieris abliguriens eam & ſeipſum luxurioſe it perditum. Iuſtum atque prudens fuerit conſilium mulieri ſeparationem permittere. Prudentiam defendo, quia maritus in bona uxoria iniurioſe graſſatus iam ne verberibus quidem unicum obulum ab uxore obtinere poteſt. Validiſſimo hoc argumento continentia & frugalitas helluoni forte euadet commendatior: conſuetudo vero ſumtuum parciorem efficere poterit: tum ſi ad frugem redierit, reuerti debebit uxor. Iuſtitia cauſae in eo poſita eſt: Mulier coniugio potius carere vult, quam bonis fortuniſque omnibus exui: praeterea factu aequius ſanctiuſque eſt, aliquandiu non cohabitare viro, quam amiſſis omnibus facultatibus eo nihilominus carere, cum aut carceris metu ſolum vertet, aut a creditoribus incarceratus ipſo facto & fati neceſſitate erit ſeparatus.

Metus lenocinii maritalis.

Prodigo bonorum uxoriorum marito iungimus alterum pudi-

puditicitiae eius & famae prodigum. Si maritus pudicitiae uxoris inſidias ſtruat, eamque lucri turpis atulteriusue commodi cauſa alienis cupiditatibus addicere velit: uxor autem, & pudica & caſta, coniugio carere, quam periculum pudicitiae ſuſtinere malit, petatque ſeparari: videtur bene petere ſeparationem. Etenim fructu ſperato fraudari vix poterit remedium. Non eſt quod timeas indulgentia ſeparationis a thoro ſuſpecto adulteris aditum patefactum iri. Nam uxor, quae lenocinium fugit, quomodo adulterium odio non habeat? Militat porro pro muliere ſumma cauſae iuſtitiae. Dum in domicilio & coniugali conſuetudine cum marito verſatur, mille technis expoſita erit: ſed & vim timere debebit. Si abeſt, aliorum hominum honeſta vicinitate & conſortio tutior eſſe poteſt. Dixi ſupra quod rationem boni, conſortio coniugali maioris & ob rationem mali priuatione connubii maioris ſeparatio iſta concedi poſſit. Vtraque ratio hic admodum eſt conſpicua Haud difficile eſt uxori pudicae ſeſe continere: ergo melius ducit continentiam ſeruare quam adulterio maculari, alienisque libidinibus doloſe & turpiter proſtitui. Peccatum euitare bonum eſt, & initum matrimonium colere tum demum bonum eſt, ſi absque peccato coli poſſit. Ideoque conſequitur, dirimendum eſſe conuictum & cohabitationem coniugum eiusmodi, & quidem ex ratione maioris boni per ſeparationem obtinendi. Taedioſum foret eadem prolixitate de ratione maioris mali agere, quae neminem poteſt latere. Si autem circumſtantiae doceant maritum ad ſaniorem mentem iuſtamque honeſtatis aeſtimationem reuerſum eſſe, uxori nulla amplius conſortii recuſandi excuſatio erit.

Caſtitatem mentis non leuiter offendit corporis geſtus parum pudicus. Concubitus monſtroſi obſcoenitatem merito abhorret coniux caſtae mentis. Foeditatem autem concubitus canini per remedium ſeparationis effugere poterit. Iuſte permitti poteſt diuortium canonicum in dicta

Concubitus monſtroſus.

ſpecie. Siquidem moribus non tolerandis aequiparatur. Praeterea vero melius eſt coniugium ceſſare quam turpem ſodomiae imaginem concubitu effingere. Praecipue vero ius diuinum hominum brutam & indecoram commixtionem prohibet. Corpus humanum debet eſſe vas ſanctitatis, & membra Chriſtianorum debent eſſe dicata miniſterio ſanctitatis. Turpitudo autem difformis huiusmodi concubitus, artificii laſciuiae, a ſanctitate praecepta nimium quantum diſtat. Scortatio eſt, non coniugium, quando in locum effectionis genericae ſucceſſit ex obſcoenitate delectatio. Quare inique denegaretur coniugi pudicae remedium quo ſolo abuſum corporis ſui ſubterfugere valet, quod non niſi ad uſum humano generi conuenientem dederat. Imprudens autem remedium eſſe criminabuntur forte aliqui. Puto tamen ſatietate humani congreſſus ex pletos artificiorum brutorum portenta demum appetere, quoniam quotidiana vileſcunt, ac defecata Venus ordinario modo aegre prouocatur. Salubre ergo eſſet conſilium, coniugem moleſtum & impudicum libidinoſo coitu ad tempus mulctare ut ordinaria & humana faſtidire dediſceret. Si adulterium commiſerit, acerbe erit puniendus, quippe in cuius poteſtate fuit uxorem in contubernio ſuo retinere.

Lues venerea. Morbi contagioſi par effectus eſſe poteſt ad ſeparationem. Horror morbi venenoſi nec non abominabilis impedit mutuum adiutorium. Huiusmodi eſt lues venerea omnisque familia noſocomii Cypriporei. A conſortio reliquorum hominum ſegregari ſolent, quos virus hoc lentum arrodit. Quidni ergo coniux a coniuge ſeparetur? Puto, multo magis a contagio praeſeruandum eſſe coniugem innocentem, cui ob amoris matrimonialis neceſſitudinem communio turpis contagii nequaquam poterit imperari. Siue igitur culpa ſua, ſiue innocenter in morbum hunc inciderit coniux, alter e coſortio poterit abire. Adiutorium mutuum innocenti non eſſe denegandum, haud pauci putabunt.

Vt

Digitized by Google

Vt ſenſum mutui adiutorii ſupra vidimus, ita ſecundum tradita locum non habebit: mutuum adiutorium utile eſt ad reſtinguendam libidinem, non vero eſt comparatum ad perdendum ſexum partesque genitales. Itane vero a ſolo thoro ſeparandi erunt hi coniuges? Inutilis forte eſſet partialis haec diremtio: ſiquidem menſa thorusque in eodem habentur cubiculo. Abſentia coniugis aegroto videtur ſalubrior quia praeſentia ſolllicitare ſolet. Verum etiam nauſea perſonae coniugem a cupediis menſae fugabit. I[illegible]tem valetudinem priſtinam recuperauit coniux, alter redire debebit; niſi adulterii & ſcortationis probatione (quod haec plerumque cauſa morbi ſint) diuortium impetrauerit. De iuſtitia huius ſeparationis tenendum: quod melius ſit coniugio ad tempus carere, quam ſexus omnem potentiam perdere. Hoc enim periculum his imminet, qui morbo eiusmodi inficiantur. Neque facile venenum ſede ſua pellitur, quin potius per omnem vitam haeret. Tantae labis periculum ob mutuum adiutorium faciendum eſſe, non credo: Adiuuare debes alium, ut ipſe in eodem diſcrimine iuueris? abſonum eſt. Maius porro malum eſt per reliquum vitae tempus ſexus amore languere, quam a liquo ſpatio libidinem continenter perpeti. Nemo, putarim, erit, quin aequiſſimam agnoſcat, doctrinam noſtram, coniugique miſerae etiam proprio auſu diſcedere permittat. Vnde his plura non addam.

Poſſent alia multa moneri, de morbis, exempli gratia, ex venere acutioribus: de coniuge, monetae adulterinae percuſſore, aduerſus principem vel rempublicam conſpirante, fures & res furtiuas recipiente, aliisque. Quia tamen in ultimis caſibus carnifex diuortium citius facit, quam in Conſiſtorio ad ſeprationis ſententiam perueniri poteſt, proceſſus huius impenſis vacare poterit coniux.

EPILO-

Digitized by Google

EPILOGVS.

Epilogus. Dimitto iam meditationes praeſentes: quo conſilio geminas me promeriturum ſpero gratias. Apud conſentientes copia fuiſſet taedioſa: nam verboſos libellos conficere, eſt veritati officere. Apud diſſentientes bonam reportabo gratiam, quod in re ipſis non probata, non impenſe diligens fuerim: unde nec nimio malum me iudicabunt. Interim, Lector beneuole, his fruere, ſi potes & ſi opus eſt. Multa enim ſunt, quae non ad uſum ideo perduci debent, quia certis rationibus euinci poſſunt. Secundum Apoſtoli effatum, multa licent, ſed non omnia expediunt. Per iuris ciuilis monitum, non omne quod licet, honeſtum eſt. *L.* 144. *ff. de R. I.* Tradita igitur ita accipi debent, ut quae bene ſeruari hactenus conſueuerunt, ſeruentur. Sed ſi caſus inciderit ſpinoſior, ut iniuſtus metus conſcientia eiiciatur: quies familiae non turbetur: triſtis euentus, non raro metuendus, praecaueatur, & diuturno litigio partes non penitus emungantur. Meditatio libertate ſua non erit nociua, modo applicatio modum prudentiamque ſeruet. Licentiae vero fores pandere nolo, quia illo PVBLII lepore valde delector: *Cui plus licet quam par eſt, plus vult quam licet.*

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google